

Septem libri de gradibus, de compositionibus, de dosibus receptorum ac naturalium. Cum scholiis ... Quibus XVII capita de anatomia ... addita sunt ... / Singula per Adamum à Bodenstein revisa, & typographo commissa.

Contributors

Paracelsus, 1493-1541.

Bodenstein, Adam von, 1528-1577.

Publication/Creation

Basle : P. Perna, 1568.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/spfv8626>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



PAPACELSI
COMPENDIUM
DE
VITA LONGA
1568

Leo Suan
et
Paracelsus





I,

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT


Accession Number


Press Mark

PARACELSUS

I

65640/A





Dipl. C: 493

AVREOLI TH.

PARACELSI

HEREMITAE SEPTEM
LIBRI DE GRADIBVS, DE

COMPOSITIONIBVS, DE DOSI-

*bus receptorum ac Natu-
ralium.*

Cum Scholijs quibusdam vtilissimis.

QVIBVS. XVII. CAPITA DE A-

NATOMIA *in fine addita sunt pracla-
rissima.*

SINGVLA PER ADAMVM A

*Bodenstein reuisa, & Typographo
commissa.*

* ^{*} *Ανέχου καὶ ἀπέχου* *

BASILEAE,

PER PETRVM PERNAMVS

M. D. LXVIII.

Handwritten scribbles at the top of the page.

PARACELSI

LIBRI DE GRADIBUS DE
COMPOSITIOIBUS DE DOCTRINA
DE MEDICINA

OPUS IN OCTO LIBROS
DIVISUM

AVGVSTVS TER NORIMNENSIS
AVGVSTVS TER NORIMNENSIS

*
*
*

BASILEAE

PER PETRVM PERRINVM
MDCXVIII.

LECTORI SALVTEM.



*M*ltos vocatos interq; ipsos
 nonnullos electos, Paracelsi
 libros coemere voluere &
 relegere certò, lector optime,
 liquet. Istos (quorum ex numero insignis
 nugigerulus Leo Suavius primas paulū
 post principia tenet) sacrata placita, ad-
 miranda prouidentia omnipotentis, Theo-
 phrasto præ cunctis hominibus largiter
 infusa, vt quæretibus miserationem Chri-
 sti, viam rectam ad vtramq; medicinam
 commonstraret, obfuscare, immo tru-
 cidare ignominiose, in odium ducere
 meris ænigmatibus mendacijsq; simplicio-
 rum & tyronum animos deterrere & ab-
 alienare, omnes nervos intendere constat
 illos, quo proximis in angustijs summis au-
 xilium ferre possint (admoniti exemplo
 Samaritani & præceptis sacris) vulne-
 ribus mummiam adhibere, & veluti ge-
 nerosi canes Lazarum, lingendo vlcera

EPISTOLA

refecerunt, vires labefactatas roborare, spiritum vitæ iuuare, summamq; clementiam intellectiui venerari addiscant & consuefiant. Factū ergo ijs, alijsq; de causis, vt librorum Paracelsicorum, iam ante annos publicatorum, vix duo aut tria exemplaria quorundam extent vœnalia: quocirca cum audirem quosdam raritatem tantorum queritare, cœpi ipsis gratificari: iamque in præsentia tractatus de Gradibus & Compositionib. receptorum cum scholijs, quibus de Anatomia in fine tractatulus cohæret, recudere curavi: sic enī soleo micæ salis quo tuear corpusculū ab putredine, imbibere, quousq; ipse balsamus prodeat. Tuum itaq; erit interea agere syncerum, & omnia dextrè quæ sunt probata interpretari: nullibi doctioribus ingratitude exhibere, frontemq; corrugare ob tuāmet ignorantiam, cum non sit cuiusuis adire Corinthum, sed quod sint in die vigintiquatuor horæ, quarum singulæ

AD LECTOREM.

Singulae cum sint inter se inaequales, alias operationes inferre, iubente Deo, rationem habere, illumq; qui humiles & constantes in oratione exaudit, & eleuat, absq; intermissione rogare, vt fastigium imponat in altissimis, tum senties hos labores veros esse, saluberrimosq; fructus producere. Non te absterreant falsae & coloratae, quin immo diabolicæ expositiones Suauij, quas nequiter supra libros de Vita longa Paracelsi finxit & publicauit. Mēdacia eiusdē rugietis leonis diligentius perpende, facile quàm sit imprudens, & impudens, insignis sycophanta, & ignarus vniuersæ philosophiæ deprehendes. Metallorum negat resolutionem, quod salis, hoc est industriæ & sapientiæ valde parum in se habeat. Vale: Datum Basileæ festinanti calamo ix. Februarij. 1568.

*Adamus à Bodenstein
Doctor & Medicus.*

DOMINO ADOLPHO
HERMANNO RIEDESEL
IN EYSENBACH, VIRO NOBILI
TATE ET DOCTRINA EXCEL-
lentissimo amico syncerissimo, salutem
optat maximam.



Veniam admodum, non omnis fert omnia tellus, uir clarissime, sed regiones singulae sua peculiaria comoda & incommoda producant: ita quoque Dei liberalitate (qui cuncta potest efficere sua diuina

uoluntate, ac ex immenso thesauro omnia gratis largitur) singulae hominum aetates habent sua bona, quibus plurimum inter se differunt ac rerum ostendunt miras-

Vnus cor uicissitudines: Nihil enim sub hoc amplissimo caelo eruptio altius est generatio. xistit firmum ac stabile: Omnia orta intereunt, ac u-nius interitus est alterius ortus: Singula paulatim crescunt, donec ad summum perueniant statum, ex quo iterum descendunt ac tendunt ad interitum, suscipiunt-

Res in summo statu facile decre- que nouas formas. Sic tres Ecclesiae mutationes factas esse, utpote naturae, legis & gratiae manifeste constat, quas nonnulli dum non intelligerent, male finxerunt diuersos ipsis praesse Deos, quasi Deus Legis foret seuerissimus ac truculentissimus, nunc autem gratiae mitissimus & clementissimus, cum sit unus & idem Dominus ac Deus, quo ab omni aeternitate absq; omni fine ac mutatione in eadem natura permanente, muta-
tiones

P R A E F A T I O .

tiones fiunt innumerae. Artes cum liberales, tum mechanicæ in uniuerso terrarum orbe, & singulis eius partibus mirabiliter nascuntur, crescunt ac florent, postea iterum languescunt ac decrescunt, non aliter atque animalia & plantæ, suaq; habent tempora. Hominum studia unâ cum ætatibus miras subeunt mutationes. Fuimus diu in tempore garriendi, iam tempus sciendi instare quis negabit? Leges posteriores abrogant priores: Florentissimæ respublicæ funditus euerse sunt, aliæ uicissim exiguis principijs ad summa perueniunt fastigia, Terra singulæq; ipsius partes qualibet ætate nouas extrudunt facies: Nam Germania nostra olim fuit adeo rudis, deserta, palustris & inculta, ut constans rumor sit ad exteros sparsos, Germanos inhumaniter ferarum more uiuere: Vnde Galenus libro primo de Sanitate tuenda, ait, se hominibus scribere, non autem magis agrestibus & barbaris Germanis, quàm apris, ursis, & Leonibus, quòd pueros recententer natos deferrent ad flumina, ac illic in aqua gelida probarent, num corpora forent firma. Nostro iam tempore, quàm sit exculta & polita, non solum Germanis finitimisq; nationibus notum est, uerum & extremis Indis. Hanc si inspiceret Cornelius Tacitus, hercle eam uix amplius agnosceret, ac nimirum exclamaret de statu, Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo. Contra fuit regio palestina fertilissima, (ut Spiritus sanctus docet) nunc autem barbarie oppressa, deserta ac senio confecta iacet. Eodem sanè modo medicina uerum Dei munus sæpius mutationes sensit: Quia mundi IEHOVA primis hominibus, qui

De medici
na Gale-
nus, aut
Theologia
Schotistæ.

P R A E F A T I O .

naturaliter uixerunt, maximam naturæ cognitionem cum longa uita est largitus. Cæterum peccato nimium paulatim crescente, usque adeo ignorantia successit scientiæ, tenebræ luci, ut Dominus non solum homines morbis affligeret, sed etiam diluuiio omnes, præter admodum paucos, perderet, cum quibus prima & præclara scientiæ naturæ, maxima ex parte interijt. Hermes quidem dicitur postea duas lapideas tabulas reperisse, in quibus ueteris medicinæ & totius naturalis scientiæ uestigia restabant, sed ars uera, nec illic erat inscripta, nec homines eam à Noe alijsq; rectè didicerunt: Ideoq; defütuti uera arte, & etiam morbis in genus humanum sæuientibus, ad obseruationes confugerunt, quibus unà cum reliquijs tantum successu temporis effecere, ut artem quandam colligerent, de qua Hyppocrates meminit dicens. Medicina est antiquissima, cuius principium & methodus sunt inuenta, per quam omnia usu ac tempore comprobantur, tum priora, tum ea, quæ adhuc restant. In lege idem ait, medicinam omnium artium præclarissimam esse, sed propter ignorantiam eorum, qui eam exercent, & ob uulgi ruditatem, quòd istos, medicos esse iudicat, eò deuenit, ut cunctarum artium longè uilissima censeatur. Similimi deniq; dicit huiusmodi sunt medici personis, quæ in tragædijs introducuntur: Vt enim illi figuram, habitum & personam eorum gerunt, quos referunt, ac nihilominus re uera tales non sint, ita quidem medici fama & nomine multi, re autem & opere ualde pauci. Ex hisce liquet medicinam ante Hyppocratem fuisse, & syncerius tractatam, quàm uulgus medicorum

Hyppocr. re ualde pauci. Ex hisce liquet medicinam ante Hyppocratem fuisse, & syncerius tractatam, quàm uulgus medicorum
 i. lege.

P R A E F A T I O .

medicorum ipsius aetate declararit: Hippocrates uero artem negligentia & inscitia mutilam & laceram in quendam ordinem redegit restaurauitq;. Hanc artem quodammodo restitutam, sensim inquinarunt ac obscurarunt posteriores, qui sese profitebantur Hippocraticos, quum tamen id nequaquam, praeterquam nomine erant, quod post annos 700 ab Hippocratis morte, Galenus multis testatur locis, ac eos obiurgat. Is Galenus autem quasi per transfennam Hippocratis arcana uidit, quae plurimum est admiratus, ac uarijs laudibus persequutus. Sed ipsi plus satis ad circumstantias externaq; accidentia, quae amplissimam praebent materiam loquendi deflexit. Hippocrates paucis res ipsas ex parte docet, quarum exteriora Galenus multis depingit coloribus more oratorum: Non tamen negarim Galenum quaedam egregia effecisse in leuioribus morbis: Ad arcana uero, quae Hippocrates cognouit, nunquam est ingressus: Quo factum est, ut corporum ueras formas non cognouerit, ideoq; eas à corporibus elicere, aut separare non ualuit. Habuit ergo Hippocrates dona sua, & Galenus sua, quae omnia Deus largitus est pro eius libera uoluntate, qui noluit uerae religionis contempторibus omnia tribuere, ne perpetuo nostri agerent praecipuos, et quasi Dominus nequeat suos electos meliora docere, q̄ maxima promissit dona pijs, imo facit eos participes omniũ, quae in caelis ac terris existunt, unde Socratis illa prodijt ratiocinatio, Omnium amicorũ sunt cõmunia: boni & Deus sunt amici: omnia igitur sunt ipsorum communia. Infideles uero ait, se non agnoscere, sed peccatores puni

Medicinae
laus.

P R A E F A T I O .

Christiani
longè exa-
ctius medi-
cinam ha-
bent cate-
ris nationi-
bus.

re peccato, ut uero scopo aberrant. Verum medicina est res sancta & Dei munus, Quod medius fidius extra Ecclesiam apud Turcas, ualidos osores Christi, Iudeos perfidos, Tartaros, aliosq; ueri numinis irrisores non magis quærendum, quam in Ecclesia est, propter quem aeterna medicina descendit ex cælo, eamq; curauit. Quid igitur quærimus apud ipsos, qui nihil solidi habent? Confugiamus ad aeternam sapientiam omnis boni causam, nō ad animales homines, quorū opera sunt peccata. Initium sapientiæ timor est Domini: omnia, quæ petimus in ipsa offert Dominus: Quod si propter nostras iniquitates continuo non omnia adsequamur, & in abdita naturæ non intromittamur, pulsabimus acriter, & simul orabimus supplices, quo per uerum ostium, non tectum ingrediamur. Hæc tria cum Theophrasto uidemus medico imprimis necessaria, uidelicet, ueri diligentissima inquisitio, pulsus acris siue constantia in quærendo, & oratio pia, quibus discipulis, ac unctis nil non tribuit Deus. Hinc incipiamus nostros canones, non ex proprijs & obscuris animi conceptionibus: pudeat nos, iuramento dato à uero duce deficere (qui cuncta largitur, omnia uincit & in sua potestate quæque habet) in aliena castra sordibus plena. Cogitemus omnes morbos omnemq; mortem esse peccati pœnam, quam nemo potest mitigare, longe minus totam auertere, nisi fuerit instructus excellenti aliqua re à Deo tradita: Quemadmodum enim Christus uerus Dei filius nos redemit ab æternis morbis, sic oportet medicum, corporis morbos arcere & curare, quousque tempus dissolutionis ue-
niat

P R A E F A T I O .

niat, quod certè non fieri potest absq; coelesti medici-
na, quam Deus firmam, certam & efficacem donat
suis contra peccati operationes, quo agnoscamus per
eam longe diuiniorem medicinam, eiq; respondeat no-
stra. Et Christus ipse professus est se medicum esse,
qui mortuos excitauit, uarijs afflictos morbis pristinae
ualetudini restituit diuina uirtute & externis medijs,
ut saliuâ & pulueribus. Saepe etiam solum dixit aegro-
to, remittentur tibi peccata tua, ac statim reualuit. Sa-
maritanus oleum & uinum infudit uulneribus, qui-
bus suum praestitit officium: Quia omnia creator, coe-
lum, elementa & uniuersa, quæ ex ipsis nascuntur in
usus hominis fecit, uultq; nos ea inquirere ac uti ad ho-
minum utilitatem ipsiusq; immensam gloriam. Qua-
mobrem firmamentum siue coelum uniuersa inferio-
ra mouens diligenter considerandum, eiusq; uirtutes
mirabiles in rerum mutationibus obseruandæ sunt,
quorum ignarus nemo est dignus nomine medici. Ter-
tio loco elementa occurrunt, & quæcunq; ex ipsis na-
scuntur, quo maioris ac minoris, hoc est hominis, sin-
gulæ partes sint notæ: Cohærent namq; partes utrius-
que mundi certa proportione, cognatione & neces-
sitate, quæ Spagyrica ars, corpora in simplicissima re-
soluens, ac formas efficacissimas eorum demonstrans,
imperfecta absoluens, euidentissimè oculis subijcit.
Hanc aut intactam medici prorsus ante nostrum
Theophrastum reliquerunt, aut nimis frigide tracta-
runt, licet ipsa sit anima & spiritus totius artis, quod
optima experientia omnium certissimum examen ipsi
coniungatur, quæ generalia, omnesq; communes sen-

Christus
fuit medi-
cus.

Balsamum
Samarita-
ni.

Microcos-
mi anathe-
mia necessa-
ria est.

P R A E F A T I O .

sentias à Deo per caelum, elementa & secunda corpo-
 ra composita rationi data in lucem producat, expli-
 cet, probet, ac in usum commodissimum transferat,
 quo & sensus & ratio simul apprehendant ipsas res,
 non umbras: Nam tota medicina est dispersa per om-
 nia corpora naturalia, & nihilominus membra ipsius
 se inuicem cognoscunt, & necessario coheret uinculo.
 Nec aliunde ipsam colligemus quàm ex ipsis mundi
 partibus, quas semper inspiciemus ac diligentissimè le-
 gemus: Certiora enim docent, quàm omnes libri hactè-
 nus de hac arte conscripti: & uniuersus mundus una
 est pharmacopœi, hoc est, naturæ officina, quæ res
 continet ac producit ueras, hominibus commodissi-
 mas, non fictas & inutiles: Hinc constat medicinam es-
 se artem sanctam, firmam & certissimam, effectusq;
 ipsam probat, non pecunijs, quòd summi numinis sit
 donum, & caelum, elementa, totusq; mundus non mu-
 tetur, ac semper eandem seruent cum humano corpo-
 re proportionem & anatomiam, in qua talem & tan-
 tam palpamus manibus, & oculis uidemus certitudi-
 nem, ut magis magisq; doleamus, nos tam diu oleum
 & operam (quod dici solet) perdidisse in medicina ru-
 diori, quàm tamen & nos aliquot aureorum millia lu-
 crati sumus, & adhuc opes & nomen possumus ea-
 dem comparare, si meliorem nos Theophrastus non
 docuisset, & quotidie cum natura doceret: Non enim
 medicina (ut iam diximus) constituta est per hominum
 opiniones, sed Deum & naturam, quæ constanter ma-
 gnâq; energia agunt, omniaq; ad optimum finem de-
 ducunt. Itaque intueamur consentiente omnipotente
 Deo,

Phycic⁹ cir
 ca res cor-
 porales nō
 imaginabi-
 les uersare
 debet.

Officiū Me-
 dici.

P R A E F A T I O .

Deo, naturam, quæ mirificè explicat uarijs modis ma-
 iestatem Domini, atq; ad eandem inuitat nos, quo co-
 gnoscamus omnium coherentiam: Probabimus ergo
 artem, cœlesti doctrina & experientia. nec concede-
 mus argumenta huiusmodi, Hyppocrates uel Gale-
 nus dixit, ergo uerum esse oportet, Sed talia, Aeterna
 sapientia dixit, aut natura demonstrat, quare necessa-
 riò uerum est. Si medicina hæctenus uulgaris, & mul-
 tis libris promulgata foret uera, doctissimi eius artis
 essent quoq; præstantissimi in morbis curandis, quod
 falsum esse lippis & tonsoribus notum est: id pluri-
 mis declararem exemplis, nisi existerent odiosa: Per-
 pendat quisq; secum, num præceptis experientia re-
 spondeat. Est profecto res turpis tanta conscribere uo-
 lumina, & uiam alijs indicare, quæ adeo est fallax, ut
 sæpe mulieres ipsos uincant in morbis curandis. Est
 adhuc longe turpius Doctori, quum culpa redarguat
 ipsam. Præterea cernimus adeo caduca esse artis prin-
 cipia, ut nec à Deo ueraq; natura originem ducat, uel
 probam ignis ferre queat, qui stramen & chartas ci-
 to absomit, quibus sublatis, ars perit. Quapropter exi-
 mie uir, non est mirum, si medicina fiat restauratio hæ-
 sce nostris temporibus, quibus Deus sempiterna lux
 mira reuelat. Quia ipsi displicent hominis terreni fi-
 gmenta, sua autem bona, quæ sunt certa ac sancta, a-
 mat & manifestari cupit: Nihil enim teste spiritu san-
 cto adeo reconditum est, ut non reueletur, & nihil a-
 deo occultum, quod non sciatur, Ideo nos trito pro-
 uerbio dicimus, Tempus proferre rosas. Sophocles in-
 quit πρὸς ταῦτα ἀγύπτε μὴ δέει, ὡς ἅπανθ' ὄρου, καὶ

P R A E F A T I O .

ἔραυ' ἀναπύσας χρόνος. Plutarchus uir grauis & doctus in Problematis inquirens causam, ob quam ueteres Saturno tectis capitibus sacrificarunt, arbitratur, uoluisse per id significare, ueritatem tectam ignotamq; esse, quam tempus euoluit atque detegit: Quod Saturnus, qui dicitur *χρόνος*, quasi *χρονος*, hoc est, tempus, aestimetur temporis Deus & author. Signis multis discere possumus instare mutationes: quoniā imposturae in summum suum gradum ascenderunt. Item si nos repetamus Historias, aut Historicos legamus diligenter, inueniemus bona & mala simul creuisse, non quòd sint idem, aut pariter in eodem existant, uerum singula in suis, omniāque tendant in suo ordine ad summa fastigia: Quemadmodum exquisitis morbis, exquisita remedia, ita extremis temporibus extrema conueniunt. Hæc cum ita sint, nemo sanæ mentis egreferet, nos omnes intendere uires, ut certam & nouam hominibus medicinam, ab æterno utroq; medico promanantem introducamus, ac ueterem, quæ umbram ueræ refert, omittamus, præter obseruationes, quas ad ueras nostras regulas pulchro ordine referemus, easq; explicabimus. Nam hæc ars nos ita in naturæ arcana introducit, morbos quasi digito demonstrat, ac remedia subtilissima & perfectissima, quæ morbos omnino tollunt, ostendit ac præparare docet: Siquidem istæ rerum formæ efficacissimæ, à materia crassa & stupida separantur, quarum unus scrupulus tantum præstat, quantum cum sua materia integrum pondo. A formis enim, ut & philosophi ueteres testantur, omnes actiones procedunt, materia uerò sustentat

P R A E F A T I O .

suffentat eas, ac impedit, quo minus formæ siue qualitates penetrent, sibiq; similibus & laborantibus in minori mundo succurant, officiumq; præstent. Quodque enim corpus extra hominem habet in homine aliquid sibi cognatum & simile, quod accedit & iuuat quoties sumitur. Sic Euphrasia oculis medetur sua formæ, quæ ex stomacho ascendit ad oculos, & suum querit cognatū, illiq; fert suppetias, non aliter atq; species siue formæ rerum singulæ conantur sibi simile producere, suasq; species conseruare, ne pereant. Et sicut anima huius mundi rebus caducis immersa, non sapit ea, quæ sunt spiritus, ita quoq; formæ nimium alligatæ et inuolutæ nequeunt obire sua munera: Ars autem Spagyrica optime separat, aptasque reddit ad penetrandum, suisq; membris succurendum. Quare nemo mirabitur discipulos sapientissimi Theophrasti radicitus tollere morbos, hætenus apud mei similes Galenistas incurabiles, quales sunt podagra, epilepsia, paralyfis, hydrops, morbus gallicus & lepra: quod arcana seu formæ abstractæ omnia penetrent, purgent, pristinaeq; ualetudini per omnia corpus restituant, auxilium ferendo, non extrahendo quicquam uiolenter, sed attenuata mala educit, bona conseruat & confirmat, cum quibus etiam permanet. Hæc hucusq; non prodierunt in lucem: quod singula debeant fieri suis temporibus. Velim idcirco omnes medicinae studiosos admonitos, ac propter communem reipublicæ utilitatem adhortatos, ut mentis aciem intendant, bona oblata ambabus ulnis amplectantur, temporis sapientum more inseruiant, in Philosophia alchymicisque

Omnis ætatio à forma prodit.

P R A E F A T I O .

diligenter exerceant, DEVM in primis, postea uni-
 uersum mundum ac singulas eius partes in homine
 probe discant, & obseruent: imposturas, mendacia a-
 liaq; similia fugiant, nec tradant se otio, externis depi-
 ctisq; accidentibus, quibus semper laruati esse cogun-
 tur, nunquam libero & naturali uultu. Ad hanc diui-
 nam artem præclare hi septem libri Theophrasti de
 gradib. & compositionibus uiam sternunt, quibus in-
 tellectis mirifice animus illustratur, quod hactenus a-
 bsq; omni ferè fructu plurimi, gradus & compositio-
 nes externis qualitatibus constituerunt ac præscripse-
 runt, quæ debuissent compositione & resolutione ue-
 raque anatomia inquirere, quemadmodum noster
 Theophrastus naturam diligentissimè obseruans lon-
 go usu magnisq; laboribus (quos lumen naturæ utilissi-
 sime promouit) gradus omnes ingeniosissimè ad qua-
 tuor elementa omnium corporum concretorum sim-
 plicissima reduxit, tribuitq; singulis parentibus ma-
 gna iusticia suos liberos: Nam elementa nihil aliud
 sunt, quàm matres, matrices & prima corpora com-
 posita, ex quibus omnia reliqua mixta nascuntur, &
 in quæ resoluuntur: Nullæ ipsis insunt actu qualita-
 tes, sed potestate omnes, quòd ex ipsorum concursu
 uirtute cœlesti adiuuante, quæuis corpora prodeant.
 Non tamen ex quouis elemento quoduis oritur cor-
 pus, uerum singula gignunt sua. Sic terra est suorum
 mater, quæ sunt qualitatibus prædita, quibus liberi
 suos parentes superant, Aqua producit sua, eaq; alit:
 Eodem modo aer & ignis ex se prognata nutriunt:
 Tria itaq; existunt corpora simplicissima, sulphur, si-
 ue

Elementa
 sunt corpo-
 ra cōcreta.

Tria sunt
 corpora
 simplicissi-
 ma.

P R A E F A T I O .

ue Resina, Sal & Liquor, qui mercurius & coloro-
 nium dicitur, quæ nemo animum debet inducere, no-
 strum esse sal, sulphur & mercurium uulgi, quòd ho-
 rum singula quatuor constant elementis, resoluantur-
 que in tria prima eiusdem generis simplicissima, à qui-
 bus elementa, multis differunt modis: Nam elementa
 sunt quatuor, principia tria, quæ sunt corporum sim-
 plicissima & prima: illa uerò mixta & prima compo-
 sitorum, hæc præcedunt, & permanent nihilominus
 in elementis & omnibus compositis siue physicis cor-
 poribus: Conueniunt iterum, quod potestate quiduis
 existant, & qualitatibus careant: omnia corpora phy-
 sica gignant. Sunt itaq; ipsa elementa ualde à sensibus
 abstracta: Quia summæ qualitates non insunt ipsis,
 sed ex elemento ignis prodeunt. distinctio & cog-
 nitio eorum ex effectu comparatur: Nam terræ natu-
 ram demonstrat eius progenies, ut planta & animalia.
 Sic quid sit aqua docent ea, quæ ex ipsa gignuntur, ut
 gemmæ, mineralia & metalla: Nec miraberis elemen-
 ta carere qualitatibus, cū Hyppocrates, Aristoteles,
 Galenus alijq; philosophi uno testentur ore, elementa
 non inueniri pura. Qualitates non esse in actu, appa-
 ret ex compositione: Aquam & aerem optima esse
 constat, quæ nullam uehementem qualitatem conti-
 nent. Nulla αἰάλωσις nec σὺνθεσις ostendit quatuor
 summas qualitates inesse, quarum ambæ simul aut al-
 tera saltem indicaret eas qualitates ipsis solis conue-
 nire, sed contrarium euidenter nobis demonstrant:
 Quia experimur corpora dissoluendo eò nos ipsos re-
 ducere, ut sint omnis qualitatis expertia: Herbarum

Elementa
 sunt à sensi-
 bus abstra-
 cta.

P R A E F A T I O .

namq; succos, uinū aliaq; plurima digerēdo ac separādo. Carēt postremo omni excellēti qualitate, & quanto maior ac diligētior fit secretio, tanto minus qualitates in singulis partibus sentiūtur, quod quidam norūt ex uini spiritu. quem ideo uocant quintā essentiā, quasi sit naturæ cœlestis & non elemētaris. Corporib. ex elemētis genitis, duas tantū qualitates tribui, manifeste optimisq; argumentis in operis principio author docet: Nam quicquid reuera est calidū, id simul est siccū: Et quicquid actu est frigidū, idem existit humidū. Has duas qualitates, frigiditatē & caliditatē Aristoteles et medici usu didicerūt esse agētes, reliquas duas ponunt patiētes, quasi prioribus subijciātur et earū sequātur dominiū, quòd agēs, redigat patiēs in suam naturam. Vnde sufficiāt duæ qualitates in gradus cōpositionesq; docēdo, quas reliquæ necessariò comitantur & amplectuntur. Et licet elemēta careāt ipsis, tamē ita insunt singulorū corporibus physicis, ut omnia, quæ ex terra nascūtur, sint primi gradus, ex aere secūdi, ex aqua tertij, ex igne quarti. Hæc ita se habere physica docēt corpora, & ipsa experientia in dissoluēdo: Nam uideamus ex quolibet elemento nasci contraria: Sic ex eadē terræ parua portione, crescūt calida & frigida, ut absinthiū & lactuca, dulcia et amara diuersi generis. Ex iisdē quoq; parētib. nascūtur homines diuersæ naturæ, ut frigidi & calidi, graciles & corpulenti, boni et mali. Tibi uerò D. Adolphe Hermāne præstantissime, hoc opus philosophicum & medicum placuit dedicare, quòd probe nouerim non uulgarem tuam in bonis artibus ac linguis cognitionem humanitati & beneuolentiæ

P R A E F A T I O.

lentiæ coniunctam, & singularem industriã, qui quã-
tum potes, doctos amas foues q̄; quæ per Herculem u-
nà cum splendida generis nobilitate plurimum te cõ-
mendant. Deinde cupio hosce eruditissimos libros per
petua & publica nostræ amicitiaẽ olim Neoburgi Bã-
uarie apud illustrissimum principem contractæ, pi-
gnora esse chara & uincula firma. Non enim dubito
quin tibi sint gratissimi futuri, quod studiosis ueræ me-
dicinæ cunctisq; hominibus plurimum adiumenti adfe-
rent. Nam incredibile dictu est, quantu eiusmodi
succincta descriptio & doctrina perfecta graduum,
ad uniuersam philosophiam recte intelligendam con-
ferat: Quoniam ex certissimis principijs & regulis u-
rijs & manifestis omnium rerum gradus demonstrat,
quibus rectè discemus qualitates eorum, quæ elemen-
ta quatuor producant, & scientiam non exiguam cõ-
paramus: Siquidem gradibus rectè cognitis physici
& medici continuo sciunt rerum status, proprietates,
differentias, cognationes, facultates simplicium & ele-
mentorum, uires compositorum, & qua proportione
ac methodo res simplices sint componendæ ac usui ne-
cessario accommodandæ. Longe plura hæc in recessu
habent, quàm prima fronte promittunt. Valeas foeli-
cissime in Nestorios usq; annos Ex Museo

nostro, Esto mihi 1562.

Basileæ.

Adam à Bodenstein, Philosophiæ
& Medicinæ Doctor.

THEOPHRASTVS EX
 HOHENHEIM HERE-
 MITA, VTRIVSQUE MEDI-
 CINAE DOCTOR, PHYSICVS ET
 ORDINARIVS BASILIENSIS, CLA-
 rissimo Domino Christophoro Clausero, Do-
 ctori Medicorum ac Philosophorum
 Tigurinorum eruditissimo suo
 Salutem.



Medicorū
 officium.



*X*cellentissimum atq; optimum
 cuiusq; veri medici est, vt suum
 ipsius ac proprium mentalem me-
 dicum probe cognitum habeat,
 sciatq; sui ne arcani potens sit an non, perinde
 ac tu Christophore Tigurinorum medicorum
 optime, nihil planè citra iudicium & exquisi-
 tam (quam mille testem haud immerito vo-
 cant) conscientiam in medica facultate vsur-
 pas. Sed qua potestate in hac nostra monarchia
 ego me exerceam sic habe: Innata mihi mea
 est violentia medica ex patrio solo: Sicut enim
 Arabum medicus erat Auicenna, Pergamen-
 sium Galenus, Italarū vero Marsilius medico-
 rum optimus fuit, ita etiam ipsa me Germania
 foelicissima in suum medicum necessarium des-
 legit, Scis namq; & tu ipse vniuscuiusq; medi-
 ci

Violentia
 medica in-
 nata.

Theophra-
 stus Ger-
 maniae me-
 dicus.

ci velut matrem esse ipsam experientiam, imo
nostræ quoq; totius monarchiæ. Præterea ve-
ro, & sui quoq; iuris esse omnem patriam, insu-
per, nullum peregrinum cum patritio patriæ
probè uniri, neque contrarium, hoc est, alie-
num, cum alio sibi contrario, unquam bene
comparari posse. Ex eo quidem observa, ut ad
me Hippocratem conferas, me vero ad Aucr-
roen, Rasim autem cum nobis tribus compara
simul, quemlibet nempe iuxta suam patriam.

Experien-
tia est ma-
ter medico-
rum.

collatio me-
dicorum.

Quandoquidem & Arabes & Græci unâ
cum Germanis non secus atque triplex marru-
bium in eodem consistunt æquilibrio. Et am-
bram Germaniæ grecamq; cum storace &
theribintho, balsamo & mumia parem fa-
ciunt. Neq; enim clam te est, unquamq; pa-
triam sui elementi in se continere matrices, sibi
que ipsi id quod est necessarium exhibere. Est
enim Arabia suæ patriæ ambra: Et licet fortè
(Chaldai æ rose ad Arpinatē nulla sit compa-
ratio, quid hoc ad ipsas attinet ægritudines? Ro-
sa quippe semper suæ patriæ rosa. Eodem sane
pacto quælibet natio suum sibi proprium ac pe-
culiarem medicum producit, illumq; nimirum
ex suo archæo. Omnis enim necessitas artificii
suo præstat industriam: Ceterum ipsa eadem
necessitas medicinæ visq; velut præceptor ac

parens est: Quocirca excusare se possunt à Græcis Itali, & ab Vtrisque Germani: quilibet enim horum suam sibi ipsis habent necessitatem, eiusque necessitatis peculiarem item adiutorem, propriam scilicet nationis naturam, Atque ut Arabum aut Græcorum quis insomnia sectetur ac mores necessitas nulla est, patriæ autem error, peregrina vero arrogantia. Oscitanter siquidem hoc sit ac velut per somnium citra omnem rationem incoactè preterquam, vel oportunitatem vel occasionem, ex quibus tamen rebus medicum gigni oportet. Cæterum, qui propter eiusmodi oscitantiam ac somnium ex patriæ suæ necessitate in medicum excitatur, is demum nationis suæ perfectus medicus existit, ac planè eius soli Hippocrates, ipse Auicenna ipse ac ipse denique Lullius: Quanquam hoc in loco non idcirco eos laudarim in hoc, quasi, qui ex necessitate sint prognati, cum quod de istis silentio præteream, eorum errores sua ipsorum etiam patria sufferre nequeat, quid. n. quæso Viennam Rasis iuuat? quid Friburgo prodest Sauonarola? quid Arnoldus Sueuis? quid Gētilis Iacobi de partibus & Trusani commentarij Misnetis conferunt medicis? quid his omnibus Auicenna? quandoquidem vel sola infirmo non considerata est sanitas: Hæc igitur facul

tas ea est ex qua ego scribo, quam ipsa mihi pa-
tria dedit, idq; ipsum per necessitatem quam di-
xi ex qua prognatus ego sum: proinde & hoc
quicquid est libelli tibi dedico, ut in Typis ex-
cudendo eum commendatum tibi habeas: per-
suasum vero mihi est, hisce meis, propediem
ab aliquo fortassis imperitiores responsum iri, at
que illi ipsi à me rursus: inde enim utrinq; ma-
nifestata fiet atq; innotescet planè cuiusq; me-
dici necessitas egrorumq; sanitas. Cæterum ij, Effectus a-
cta proba-
bit.
quos ego dilectissimos habeo, breuiter fortè ali-
quot obscuriorum in his locorum interpretatio-
nes dabunt, non autem ille ex meis vetustissi-
mis vulpibus. Nempe dissecta est quippe ac la-
cera mea medicorum turba, pars vna lingue
fallacis, altera cordis & lingue. Quid num ve-
lim nimirum intelligis, proximè ad te aliquot
mittam descriptiones vna cum mea olei col-
botarini emendatione. Boni consule semperq;
amicum ut agas, operam dato. Vale, Basi-
leæ quarto Idus Nouembris.

Anno XXVI.



THEOPHRASTVS EX
HOHENHEIM VTRIVSQUE

MEDICINÆ DOCTOR ET PHY-

sicus Basiliensis, ornatissimo studiosorum

Tigurinorum cœtui Sa-

lutem.



*Heu quam misera mortalium est
conditio: Nullum enim ferè gau-
dium est, cui non statim plerumq;
luctus sequatur comes, candidissis-
ma fautorum cohors, hæctenus recitatam in
me, non vnquam tam acuratè animaduerti
quàm in præsentia, non considerans viro sa-
pienti, non ea solum quæ ante pedes sunt, sed
& quæ à tergo (instar Iani illius bicipitis) ac
latere circumquaq; eueniunt, summo esse stu-
dio obseruanda, Ratio est quia suavis, synce-
rus ille vester conuictor quo nuper apud vos
fruitus sum, cuius etiam adhuc cum summa
gratiarum actione recordor, sic animum me-
um atq; oculos delinierat & oblectauerat, vt
futurorum planè immemor (nempe nihil fini-
stri præfagiente animo) rem omnem bene ge-
stam atq; adeo gaudium illud adparens citra
comitem tristitiam transactum atque absolu-
tum arbitrarer. Atq; cum ea nunc demum vi-
deam*

deam quæ tum temporis præuidisse oportue-
rat, qui quæso à merore ac luctu temperem?
Nempe quod ille quem Basileæ charissimum
habui amicum, nunc iam demotino lapsu quo
etiam secundario antea decubuerat, post hac ta-
men per me cui à grauissimis Vinculis, in quæ
ab imperitis illis apud Italos natos Doctõribus
cõiectus fuerat, tũ à merbo etiã ipso liberatus,
cuius Erasmus ille Rotherodamus quoq; testis
est Epistola illa suapte manu conscripta, præte-
rea tota illius familia, postremò verò cum iam
conualuisset, etiam ipsemet, quem ita sanitati
restitutum ac benè iam habentem hinc ad vos
hilaris profectus, hic reliqui: interea dum sic a-
pud vos genio indulgeo atq; animum laxo, cor-
reptus illo quem dixi casu diem obiit, ille, in-
quam, quem perinde ac oculos meos amaui, Io-
hannes Frobenius, omnium doctõrum & bo-
norum (nimirum ipse quoq; doctus & bonus)
virorum parens ac tutor, omnigenæq; eruditio-
nis diligentissimus propagator: Quamobrem e-
iusmodi quoq; improuisus vitæ meæ ab eo qui
illum rapuit, timendus mihi est obitus, quid
meæ mihi animæ dico? imo suæ vniuersus. Quo
circa moniti vigilate combibanes optimi, & si
quid fortè hic à nobis minus ex officio fiat, gra-

uissimo illi quod nunc torqueor, & qui mei
memor esse non sinit mœrori ascribite. Valet
sodales suauissimi & Theophrastum vestrum
amate. Basileæ ex museo nostro IIII.

idi. Nouembris. Anno

M. D. XXVII.



REI MEDICÆ PERI-
TISSIMO DOCTORI THEO.

phraſto Hæremitæ, Erasmus Roterodamus S.



Non est absurdum medico per quem Deus nobis ſup-
peditat ſalutem corporis,
animæ perpetuam optare ſalutem:
Demiror vnde me tam penitus no-
ris ſemel duntaxat viſum. Aenig-
mata tua non ex arte medica quam
nunquam didici, ſed ex miſero ſen-
ſu veriſſima eſſe agnoſco. In regio-
ne hepatis iam olim ſenſi dolores,
nec diuinare potui quis eſſet mali
ſons. Renum pinguedines ante
complures annos in lotio conſpe-
xi: Tertium quid ſit non ſatis intel-
ligo, tamen uidetur eſſe probabile
mihi, id moleſtare ut dixi: Hiſce
diebus aliquot nec medicari ua-

cat, nec ægrotare, nec mori, tot studiorum laboribus obruor, Siquid tamen est quod citra solutionem corporis mihi potest lenire malum, rogo vt communices. Quod si distraheris, paucissimis verbis ea quæ plusquam laconicè notasti, fusius explices, aliaq; præscribas remedia, quæ dum vacabit queam sumere: Non possum polliceri præmium arti tuæ studioq; par, certè gratum animum polliceor. Frobenium ab inferis reuocasti, hoc est dimidium mei, si me quoq; restitueris, in singulis vtrumque restitues, vtinam sit ea fortuna quæ te Basileæ remoretur. Hæc ex tempore scripta, vereor vt possis legere, bene Vale.

Erasmus Roterodamus
suapte manu.

1
THEOPHRASTI EX
HOHENHEIM VTRIVS-
QVE MEDICINAE DOCTO-
RIS, DE GRADIBVS ET.

*compositionibus receptorum & natura-
lium Liber primus.*



CAPVT I. PRIMI LIB.



Ntequam de Gradi-
bus tractare incipiam,
obseruandæ sunt com-
plexiones nature, qua-
rum duæ sunt, alia ca-
lida & alia frigida. Por-
ro, quælibet harum ingenitam quan-
dam diathesin habet in se: Nam omne
calidum est siccum, & omne frigidum
humidum: neq; enim calor neq; frigus
sola esse possunt. Itaq; hæ duæ naturæ
calidum & siccum vnum sunt, similiter
frigidum & humidum. Hunc igitur gra-
dus facile deprehenduntur, quemad-
modum scilicet vnumquodque in suo
gradu existit, ^a & quotumquencq; gra-
dum singula occupant: Huic loco forsi

*Dua comple-
xiones na-
ura.*

*Diathesis
est affectus
sive disposi-
tio.*

*a Nam gra-
dus aut est
calidus aut
absolue frigi-
dus: si calidus,
absolue sic-
cus: si frigidus
absolue hu-
midus: nã hæc
est natura Ta-
phnei iuxta
naturam es-
sentiarum.*

tan reclamabunt hi, qui catarractas aliquandiu in panniculis gestauerunt:

a In suis immaturis opusculis de existentibus rebus in quatuor complexionibus.

b Contrarium naturam.

c Viam inter spmas sparse runt.

d Medicina radix.

^a præterea hi, qui cum scotomia consuetudinem ^b habent, quatuor scilicet esse complexiones, calidam, frigidam, siccam & humidam, ex quibus isti collegerunt frigidum adesse humido & sicco, similiter & calidum cum vtriusque copulari: Et in hanc sententiam ^c singula direxerunt, frigidum scilicet posse esse siccum, & calidum humidum, quæ verè Evantiosus est. Ipsi si propius accessissent, naturamque penitus indagassent, argumenta nostra insequentia propria verè deprehendissent, qui cum hæc quatuor, duæ solum esse non satis intelligerent, quatuor elementis falso ascripserunt, cum nihil minus, quam elementa sint, id quod philosophia ^d palam indicat.

CAPVT II.

a Præcipue in errores priscorum medicorum.
b Quatuor.

Sed vt clarius innotescant ea quæ de duabus complexionibus dixi ^a sic habe: Quicquid in rerum natura ^b produxerunt elementa, aut est frigidum, aut calidum: Si frigidum habet in se

se ingenitā quandam indiuiduam humiditatem. vbi igitur humidum, ibi etiam est frigidum, sic calidū est siccum: Nam siccitas soli caliditati inest, neq; fieri potest vt frigidum sit siccum & calidum humidum. Hæc enim sunt coniunctiones elementales, quæ ex ^a Ares uenerunt, id quod exemplo viri patet & mulieris. Vir in se habet calidum & siccum, mulier autem frigidum ac humidum, sed ad complexionem quatenus gradibus conferunt. Principio igitur obseruandum, quid humidum, quid coagulatum, quid denique siccum resolutum: Nam inde fluit communis error qui vel inter medicorum principes grassari solet. Exemplum, sume cristallum qui frigidus adparet, præterea siccus & aridus: Exicat enim & arefacit, sed falsò: Nam aridissima cristalli vis est humidum ^b coagulatum, & in administratione sua quidquid superat transmutat & cogit in humidum coagulatum, id quod denuo resoluitur quemadmodum glacies. Similiter in petroleo siccum resolutum non est perinde vt adparet: Nam siccitas, est resoluta in su-

a Ares iste dicitur, qui formam vel speciem rerum ordinat, quod hæc herba aliam habet speciem quam alia.

b Humidum duplex est, aquosum & coagulatum, quod apparet in cristallo qui frigidus est & humidus, licet cheronium suum sit siccum, sed est humidum coagulatum.

a Et compositionibus receptorum contra Mesuaticas descriptiones, & contra lumen sium apothecariorum, in tenebris videlicet de trociscis aladahal, sine de oppopyron.
b Spagyros.
c Licet sequentia sint contra Rasim & Auerroen, precipue in Colliget, & in nono ad Almasorem, & in quarto ad regem.
d Vel iuxta descriptionem complexionis secundum Machaone.
e Quae conseruant corpus & illa non sunt alicuius complexionis, non curantur ex caliditate vel frigiditate, sed ex forma specifica.

stantia corporis sui. Quare hoc loco epilogi vice definitio Gradus bifariam obseruandos, calidos ac frigidos: proinde & siccum duplex & humidum duplex, puta, siccum per se & siccum resolutum, humidum per se & humidum congelatum. Reliqua quae hoc loco desiderantur, in ipsa habentur philosophia.^a

a Nostra de elementis & elementatis ex quatuor matricibus

CAPVT III.

Q Vanquam hoc loco plura dicenda erant de gradibus^a quam a me haecenus annotata sunt, tamen^b quia apud medicae rei vel utcunque peritos haec constant,^c non possum non preterire hunc locum silentio & ea arripere quae haecenus falso & communi quodaem errore prodita sunt, id quod ad hunc modum oportet accipias. Principio summa quae est de Gradibus elementatis^d non solum obseruari debet, quippe quae tantum inseruit aegritudinibus elementatis, sed etiam ea quae sunt de mundificatiuis,^e incarnatiuis, laxatiuis, constrictiuis, repercussiuuis, dia-phoreticis,

phoreticis, narcoticis, in cicatrisantibus, ^a & in id genus alijs. Ad hæc autē requiritur in primis plena cognitio ægritudinum, proinde sub horum vniuscuiusq; ægritudinis graduum: Nam ad vulnera, sui requiruntur gradus, scilicet incarnationis: Ad hypofarchā gradus exiccationis, Ad guttam gradus confortationis, Ad epilepsiam gradus specificationis, Ad cachexiam gradus qui sunt ex commistione. Hæc omnia si bene excusseris, tum demum aggredere compositionem receptorum.

a Facientibus in Aeschparā, hoc est, quæ corrosivam carnē abrodit.

Nec hoc loco prætereundum censeo ad hanc perfectā cognitionē cum ægritudinum tum graduum non modo requiri professionem medicam, verum etiam astrologicam, præterea spagiricas species: Nam hæc omnia perfectam atq; adeo longam experientiam desiderant. Hæc enim vel sola (non autem lectione assidua aut iudicio licet exacto) erumpit huius libelli scopus.

Postremo, si quæ hoc loco de gradibus à vobis desiderantur, ab assiduo usu petite, quo ^b vos omnes ablegamus ad cognoscendam virtutem antheræ: præ-

b In antheris, in anthera in thalk.

terea Tereniabin, in quem insigniter nobilitat: postremo ad florem cheiri.^a

CAPVT IIII.

a Id est, ad aurum potabile quod est vltima medicina. Ipsos & essatos.

Vt herba & radices & arbores.

Genera metallorum marcastiarum, salis aluminis.

a Male scripsit Albertus Magnus, de gradibus. precipue in generationibus metallorum, & Thomas Aquinas cum eo, scilicet ex parte mercurij & sulphuris, in quibus non est res prima: etiam Anicenna de mineralibus istius opinionis.

Priusquam tamen ad gradus ipsos perueniamus, obseruandæ sunt regulæ quædam graduum, qua videlicet ratione gradus cum intenduntur tum remittuntur. Principio igitur obseruabis hunc modum: Quicquid est ex elementis terræ id primum gradum occupat, cuiusmodi sunt lactuca, viola, anthos &c. Similiter quicquid ex aere fit cuiusmodi sunt pestis, peripneumonia, causos, in secundo gradu existunt: Quod autem in elemento aquæ gignitur tertium gradum possidet, vt sunt, plumbum, Saphirus, Topazius, &c. ^a Quæ vero ex elemento ignis descendunt, vt sunt glacies, christallus, nix, quartum gradum vendicant: & tum siue calidum siue siccum. Obseruandum igitur quicquid est ex elemento sensitium idem esse cum elemento, quemadmodum rana, cuius sperma est in tertio gradu, similiter caphora. Quid ex terra est vt homines in primo, vt Rebis. Quid ex volatilibus

libus prouenit, in secūdo gradu, vt vua.
Qd' aūt ex igne erūpit vt Salamādra, in
quarto gradu existit. Verū qua ratione
aliud alteri pręstet in sequētib. patebit.

CAPVT V.

Porro vt in suis punctis clarius inno-
tescant gradus, præsens sume exem-
plum, ^a Quemadmodum gradus
qui sunt herbarum in quatuor gradus
hactenus fuerunt diuisi, sic quotquot
sunt ad primum gradum referuntur, ne-
que tamen idipsum ex æquo: Nam ali-
ud plus interdum alio, per principia sci-
licet vtraque media & finem, sed ita, vt
quicquid ex elemento terræ descendit,
in primo gradu perseueret, neq; extra e-
undem collocetur: Nam apud vos Ne-
nuphar quartum gradum occupat, Sa-
turnus apud vos tertium gradum ven-
dicat, qui in frigiditate Nenuphar fere
octo gradibus præcedit. Quare ad eos-
dem gradus nunquam collocari pos-
sunt. Sic quicquid hīc in secundo gradu
existit, illic etiam primus punctus supe-
rat quartū gradū elemēti. Quod est ex
terra & quarto puncto, quatuor gradib.

*a Licet con-
tra Plinium
& Platea-
rium.*

DE GRADIBVS

Sublimior est puncto ultimo primi gradus. In tertio gradu similiter est iudicandum: sic etiam de quarto. Inde colliguntur sedecim puncta, quæ ad veros gradus usq; ad sexcentimum sexagesimum tertium tanquam per scalas ascendunt. Merito igitur eos errasse dicimus, qui Camphoram, sperma ranarum, nenuphar, alumina, in vnum gradum coegerunt, ex quibus verus ac certus gradus nullo pacto in receptis deprehendi potuit: id quod in sequentibus modis de compositionibus indicabitur.

CAPVT VI.

Sed vt peculiariter habeas cum gradus tum puncta eorum quæ calorẽ inducunt, nota: Quicquid vel cinerem, vel calcem, vel vitrum conficit, in quarto gradu ignis esse, vt ignem, aquã mercurialẽ, aquam fortẽ, &c. Sic quicquid mordicus offendit & in Aeschpam conijcit ad putrefaciendum, tertium gradum occupat: cuiusmodi sunt colchotar, arsenicus, sal armoniacus, borax, auripigmentum, cæteraq; id genus alcali. quod autem ad virtutes horum

Corrosionẽ.

minum

minū attinet, quibus alia alijs præstant, punctorū est, non graduum. Præterea, quicquid efficit cicatrices aut vesicas secundum gradum vendicat, cuiusmodi sunt Rabebeia, ^a cantharides, flammula, melona, & id genus alia.

*Rabebeia
sunt radices
flammula
maioris.*

Flammula enim & si in primo gradu sit, tamen alioquin secundum affectat:

Quia spiritus salis eō redigit flammulā ut modo non conferatur ad primum punctum secundi gradus. Postremo quicquid calefacit, neq; tamen prædicta signa attingit, ut zinziber, cardamomum, abrotanum cæteraq; id genus, in primo gradu existit vnā cum punctis sublimioribus & inferioribus. Obseruandum autem in hac regula, non occurrere gradus pro natura ac ratione elementorum, sed extra illa in regulam præsentem concludi, & id ipsum hac ratione: Quia præsens regula de tribus punctis est sumpta & his tribus inseruit: Quia in sale, mercurio, deniq; in sulphure præcellunt. Quare hoc loco prima cautio est, ne regula præsentis in ægritudinibus elementatis vtamur, sunt enim non nisi excerpta quædam ex his

10 DE GRADIBVS
morbis, quæ inseruiunt, quos per tres
primas sanari oportet.

CAPVT VII.

*Genus dia-
phanum &
gemmarum.*

SEd vt simul habeas gradum frigidi
preter id quod elementum est, sic ac-
cipe, Quicquid congelat humores
quartum gradum occupat, cuiusmodi
sunt quæ ex elemento ignis gignuntur:
Quicquid autem infrigidat (vt commu-
ni vocabulo vtar) neq; lumen spiritum
vitæ offendit, administrato in sua dosi
remedio, vt narcotica, anodina, somnife-
ra, sperma ranarum, cicuta, tertio gra-
dum subiiciuntur. Porro quicquid humo-
res congelat, vt berillus, carniola, secun-
dum gradum vendicat. Quicquid au-
tem calores qui preter naturam sunt ex-
tinguit & paroxismos sedat, in secundo
gradu existit. Postremo quicquid non
sinit morbum in paroxisum erumpe-
re primi gradus est. Hæc regula non i-
ta multum abhorret ab ea, quæ est de ca-
lore: hæc enim ephantiosin^c habent præ-
dictorum. Quicquid autem graduum
habent qui sunt ex elementis, id ipsum
etiam porro manet iuxta præscriptum

*a Sicut ne-
bulgea, so-
nifera, lauda-
num, lignum
balsamum.*

*b Sicut phle-
bothomia, ve-
rosa, pharma-
cum & gene-
ra laxatiua.*

*c Diathesin
secum in præ-
dictis natu-
ralibus.*

vna

vnā cum presentī gradu, ita vt iam gemi-
nus fiat gradus naturæ, opereturq; non
nisi pro ratione ac natura elemētorum.

CAPVT VIII.

PRæterea obseruanda est regula de
coloribus,^a qui simul indicant natu-
ram rerum suarum vt centaurea
quæ est rubea, ergo calidæ naturæ: Li-
lium quod est candidum, igitur frigidæ
naturæ. Sed ex coloribus, qui extrinse-
cus sunt nihil est certi definiendum nisi
in hunc modum: Rosa existit rubea &
frigidæ naturæ, propter antheram in ea
delitescentem, quæ calorem rosæ attra-
hit. Præterea vbicunq; est flauum in flo-
re rubeo illic etiam existit calor, vbi au-
tem frigidæ naturæ esse iudicatur, in a-
lijs floribus similiter iudicandum. Por-
ro sunt flores, qui, etsi natura calidi ap-
pareant^b tamen frigidi sunt, inter quos
est minicum. Alij natura frigidi cum ca-
lidi sint, cuiusmodi est cuprū. Ad harū
rerū cognitionē sequentē regulā nota,
Quicqd est viride, fuscū, simul atq; incō-
mitione ex corpore excerptū calidū e-
xistit. itē corpus sub quo colores delite

a Vt in 7 me-
tallis & flori-
bus metallo-
rum crocus
martis, vel
flos, calidæ na-
turæ est, &
ante trāsmis-
tationē suam
frigidæ, &
tres primæ in
generationi-
bus metallo-
rum nullius
complexio-
nis, sed tem-
perata.
b Lazuriū.
c Talkrube-
um. & extra
Etakakimia
& chimolea.

scunt. Argentum ex sui natura frigidū est & frigidi colorem seruat: Nam ad finem in Lazurij colorem abit. Mars verò natura est frigidi coloris, & in calidā naturam seipsum trāsmutari sinit, nihilominus tamen uim atque adeo virtutē vniuersam propriæ naturæ seruat. Atri colores nullius naturæ sunt, nihil enim aliud sunt præter sulphur quod est exustum, sub quo nihil delitescit prorsus, quod est elementatum. Quicquid autē est candidum, liuidum, nigrum, hyacynthum, frigidum est, reliqui colores sunt calidi. Quicquid autem est variegatū, in vna natura consistit, puta in ea, quæ est coloris magis principalis. sic etiam in uiridi quanquam insit frigidum, tamen in capite suo comprehenditur.

a Quia colores non habent iudiciū in axungys, & omne mucilaginosum, & de seminibus psyllij eleniorum & fenigraci æqualis est natura, sicut in ponticis.

CAPVT IX.

Quicquid existit pingue atque adeo humectatum, frigidum est, hoc etsi uiridi insit, tamen a uiriditas illa in frigidam naturam vertitur, Quicquid autem est aridum calidam naturam induit. Præterea quicquid est ex sulphure, mercurio & sale, in utramque

que naturam calidam scilicet & frigidam cadit, & id ipsum pro ratione trium primarum. In summa, omne quod vrit, sulphur existit & calidæ naturæ a nisi calidis coloribus insit: Quicquid autem in sublimationem & calcinationē abit, calidam naturā admittit. Sic quicquid seipsum resoluit, aut in alcali coquitur, b aridum existit: Porrò quicquid austerrum, est frigidum. Dulce & amarum omne calidam naturam induit nisi prioribus regulis subiiciatur: d Quod uerò cutem exiccat, calidum est: Quod autē cōstringit frigidum est. e iam si velis ex odoribus horū iudicare, nihil est quod certi definias, nisi quatenus tandem naturam cum corpore seruant. postremò sunt aliæ regulæ, quæ si cum superioribus non pugnant, admittendæ sunt.

CAPVT X.

Porrò obseruandum est quasdam esse res, in quibus præter eos qui naturales sunt gradus, bifariã delitescunt, & id ipsum ex duobus corporibus, ut in metallis, gemmis & lapidibus. In hanc sententiã Mercurius in-

a Vi patet de camphora, pinguedo cã phore cal. dissimæ naturæ est, & camphora per se, salis naturæ, cum partissimã complexione mercurij.

b Sive carcis, siue tartari, siue cluellarum, siue anatrò.

c Vi est gentiana polipodium, amarum, dulce.

d Per suam cōmixtionē superueniētē ex prima generatione.

e Et omne leue, aut spumosum.

Vltra formã specificã, & essentiam cōplexionatã.

a Videlicet ex mercurio corporali per transmutationē Ar- chei in ferro.
b Auro aut argento.
c Et nouā cōplexionē sine corruptio- ne primæ cōplexionis.
d Ex proprijs mercurij viribus cū concordātia sulphuris & salis.
e Vel argenti vel auri.
f Rebus suis pro descri- ptione recep- torum.
g Per Rai- mūdina præ- parationē in primā natu- ram suam.
h Saphyrus in mercuria- tē et luna in mercuriale, & est prima materia la- zuria.
i Mercuriali- bus.

ter metalla summus est & peculiarem quandam naturam in se complectitur, calidam scilicet ac frigidā: neq; potest auferri ab eo: iam si inde generatur me- tallum, ^a in ferro aut plumbo, ^b præter hanc naturā aliam acquirat, ^c & sic duæ naturæ vni substantiæ inerunt, ^d quare plumbum porrò mercurij uice erit ^e si plumbea natura, quam vnā concepit tuis rebus accommodata fuerit. ^f Simi- liter iudicandum est de stanno, argen- to, ferro & cupro, quòd in corpus suū redeunt: ^g In hunc modum & in gem- mis liquor permanet in sua & id ipsum in mercuriali natura. Iam si fuerit con- gelatus in gemmam liquor, duplicem naturā ex æquo induit, quæ denuo re- ducuntur in primum liquorem: ^h Sic e- tiam de quibusdam communibus lapi- dibus est iudicandum. Etiam in herbis ⁱ quibusdam similis natura inest. Qua- re lege ac relege, ^k deniq; ad experien- tiam reuoca, quicquid est de rerum na- tura memoriæ proditum: At ita reuo- ca vt iam non opineris, sed exactē sin- gula cognoscas: nam in ijs verus ac cer- tus phyliscus delitescit.

k Omnes artes experimentatorum & medicorum.

DE GRADIBVS ET
COMPOSITIONIBVS
RECEPTORVM ET NATV-
RALIVM THEOPHRASTI

Liber Secundus.



CAPVT I.



T si naturæ relollea pro ratione ac natura quod frigidi ac calidi est vna cū essentia innata præscripsi, tamē sunt alia præter ea que

Relollea est virtus ex cōplexione.

Ares a naturæ produxit, id quod multis partibus præstat eo quod superiori libro tractauī. Et vt inde exordiar: principiō si volueris de accidentalibus cōplexionibus exactē loqui, reperies hoc loco de gradibus superiora naturæ relollea parū approbari, & id ipsum hac ratione, Quia in vniuersum duæ naturæ rebus insunt, quæ simul in vna substantia existunt (quamuis altera solum adpareat) hoc est accidens innatum, & accidens elementale: Porro ex sui natu

Ares est natura prima rerum.

NOTA.
Relolleū est natura vltra primū. sic relolleum in hypericone est accidens sine cōplexione.

ra nihil nō est calidum. Prima enim materia rerum calida est per se, neq; transmutat accidens innatum: Quia quælibet tres primæ in complexione usq; in vltimam suam materiam consistūt, hoc est, qua ratione deprehenduntur ante rellolla, eadem ratione tantisper manent dum abit rellolleum. Quemadmodum igitur finem experientia concludit, sic principium seipso patet: priusquam tamen ad simplicia quæ in gradibus sunt perueniamus, obseruandum, neq; calidum, neq; frigidum eorum innatum accidens esse, sed elemētale potius accidens externum.

CAPVT II.

PRæterea nihil prorsus vel extra se emittit natura, id quod medicæ rei peritus facile colligit, sed tantisper accidens innatum seruat, dum manet res: aut corpus cui accidens inest. Exemplum habes in igne: In hoc enim accidens innatum est calor, & natura per trium primarum quæ palàm calida est. Porro fieri non potest, quin vna cum calore abeat substantia, si uelis calorem

lorem in aliud conferre. Et si calefaciat calor ille, tamē non nisi calor mortuus
 a existit, neq; ægritudinem sanat, neq; quicquā confert, sed superfluus quidā calor est extrinsecus corpori additus.

*a Calor sine
cura & me-
dicamine.*

In hunc modum omne accidens innatum vim suam aperit ac indicat citra subsidium ægroti. Quicquid igitur accommodatur medicinæ morborū, ad hūc modum adornari debet. Principio confer medicinam ad eum qui separat duas essentias, aliam in substantia, & aliam in spiritu vitæ: vbi cunq; enim medicinā adhibere volueris, illic oportet spiritus vitæ discedat à substantia, & cū materia peccante morbi cōueniant, tū demum adparebit medicina sola in corpore suo, & hæc pro ratione trium primarum. Accidentia autem externa elementata eo abeunt, vbi ægritudo delitescit. itaque colligo, in vniversa rerum natura duplex inesse accidens, innatū & externum: innatum valetudini parū confert, sed externum tantum: Neq; in igne quicquam inesse de accidente externo: quare imperfectum naturæ opus assero.

*Inter spiritū
sive inēti-
ram rei &
rem ponis
discrimen.*

*Accidēs dis-
plex.*

*a Archeus
est dispositio
naturæ, ma-
tura ita di-
spofita.*

*b Iliastes pri-
ma materia
est omnium
rerū, ex qua
omnia oriū
habent, cha-
os, & cōstat
ex sale, mer-
curio & sul-
phure.*

*c Ares est na-
tura prima
ærum.*

*d Cherio est
ea natura
qua morbi,
efficiuntur
fani.*

Cherio quid.

PRincipiò cum parturit natura in proprio a elemento, præparat tandem Archeus pro ratione ac natura priuati Iliastis, b ita vt Ares c in tribus primis planè consistat, & generet in eadē re corporis substantiā: hæc generatio per se est solius corporis gratia, ut cū relolleo eadē appareat. Sed quid hæc ad ægrotū? Nam ignis ex æquo est relolleū accidens, item nix: neq; tamē ægritudines sanant, neque vllam sanandarum ægritudinum vim in se habent, quia relolleum per se. Præterea autem efficiunt elementa externa Cherionem d naturæ, quem porrò ad relolleum conferas oportet, quod etsi vnà cum Cherione accipias, Cherio tamen cunctas ægritudines sanat. Hoc loco nota de Cherione, nihil aliud esse Cherionē nisi calorem aut frigiditatem earum rerū quæ corpus relinquit & in naturam abit. Exemplum de camphora, hæc frigiditatem suam ex Cherione habet, quare præsentissimum remediū est in sufflaturis, in substantia autem suarum primarum

marum calida manet: quemadmodum sulphur & spiritus salis vnà cum mercuriali: sic etiã gemmæ, herbæ. Præterea quicquid natura producit suũ Cherionem habet, hoc est, elementale accidēs externũ. Quare hoc loco de gradibus assero in alio plus esse cheronij caloris aut frigiditatis cherionia quam in alio, sic omnia disposuit Archeus & idipsum pro ratione Microcosmi.

CAPVT IIII.

SED vt de cõpositionibus receptorum consiliũ nostrum clarius innotescat, obseruandũ, quemadmodũ suprà mentionẽ feci, relollei & Cherionis, sic hoc loco rursus de corpore accipias oportet, nimirũ ægritudines quæ solius sunt naturæ cherionia in corpore delitescere, & in corpus descendere citra destructionẽ triũ primarũ corporis sui. Sicut em̃ Iliastes in quatuor elementis (velut mater) pducit relolleũ & cherionem, sic homo in quatuor elementis cõsistit & velut hæreditario ægritudines quæ subinde in corpore pululascunt excipit, adeò vt porró in ægri

Homo cõsistit in quatuor elementis.

tudines externas elementatas erumpant. Quare ad recepta cherionia ordinanda, oportet externa elementata corpora sua vnà cum substantijs relinquat ac deserat & in spiritum vitæ vergant, nam inde liberatur ægrotus. Obseruandum igitur mortem non esse cherioniam, sed relolleaceam: Atqui hinc est cur quaqua uersum non possit morti occurri. Quis enim id quod indiuiduum est ab eo sub quo delitescit auferet? Nos autem hic de frigido ac calido cherionijs nõ relollaceis loquimur. Reliqua (quæ hic desiderantur) de origine morborum lege.

*De origine
morborum.*

CAPVT V.

Sicut in superiori libello agnitionē naturæ rerum quæ est aut frigida aut calida multis ac varijs regulis tradidit, ita hoc loco regula præsens & obseruanda de herbis, quarum pleræq; frigidae sunt ac aridae, quæ scilicet frigiditatem quandam obscuram in se promittunt: hæ quamuis vt calidæ iudicentur, verè tamen frigidae, vt verbena, bursa pastoris. Quædã pro frigidis alia reputan-

putantur cum calidæ sint, vt buglossa, anethum, et id ipsum hac ratione: Quia humidum coagulatum sua cōgelatione maximam ariditatem adfert, & sic cum resolutum non citra paruum humorem resoluit, propter cheroniā naturam. Constat enim alioquin nihil ex elemento terræ gigni quum calidum sit, neq; ex elemento aquæ cum frigidum occupet: nam hæc est ratio naturæ. Quod autē nihil tale accidit, in causa est externum elementum quod priorem naturam corrūpit ac frangit. Quare pro cheronia natura, hoc est pro experientia ductu agendum erit: porro, quia eadem natura siue frigida siue calida, corpus sub quo delitescit non format, nihil est quod de corpore labores, sed omnem experientiam in prædictas tres naturas impendas, quemadmodū in primo libello præscripsimus.

CAPVT VI.

Postremo obseruanda erunt corpora medico earum scilicet rerū quæ sensu carēt. Nam omnia illa in quibus hæres delitescunt nihil aliud sunt,

nisi liquor, subtus quē, quod cheroniū est, absconditur. Liquor autem est congelatus similiter suo elemēto quemadmodum lliastēs produxit: Quare separationes naturę denuò resoluunt id quod natura cōgelauit, & in hac resolutione separant̄ prædictæ duæ naturæ. Hinc liquet externa elementata naturæ accidens relolleū naturæ esse, & sine omni virtute seorsum consistere. Sic etiam alteram naturam plenē ac perfectissimē adesse manentibus proprio innato, ac proprio accidentali, vtrunq; in sua separatione. Ex his igitur colligitur, nihil, quod frigidum aut calidū est ingenitū esse, sed id, quod innatum est, nemini neq; cōmodare neq; incommodare. Præterea tamen est alia quædam natura, quæ calidum, aut frigidum inducit, secundum quam calorē & frigus iudicamus, inditio videlicet cheronio, quo interueniēte sananda est omnis ægritudo. Nam, eadem frigiditas aut caliditas ab ingressu suo in ægritudinē vergit, id quod proprium innatum nunquam efficit. Hæc omnia habentur libro de coniunctione rerum in proprietatibus duarum

*Libro de cō-
iunctione re
2. 1577.*

duarum naturarum iuxta tres primas,
& idipsum iuxta præscriptum philoso-
phiæ: Porro in sequentibus capitibus
videbis ordinem graduum, idq; pro ra-
tione ac natura suorum elementorum.

CAPVT VII.

SEQVENTIA SVNT
CALIDAE NATURAE.

QVAE EX TERRA PRO-
ueniunt, primum gradum caloris
obtinent.

Diptamnium	Enula campana	Filla
Alchimilla	Cyperus	Calamus
Anthos	Cataputia	Hirundinaria
Lacca	Galanga	Peonia
Epithimum	Philipendula	Zingiber
Ficus	Sanguinaria	Flammula
Genesten	Laudanum	Herba paradisi
Costus	Chariophili	Lauendula
Pulegium	Lappatium	Sinapi
Huniculus	Macropiper	Galbanum
Leucopiper	Fœniculum	Gamandrea
Sizeleas	Grana paradisi	Liquiritia
Cretamus	Cironia	Cichorea
Diagridium	Melissa	Cubebe

Labrum	Camepitheos	Cardamomum
Sinnare	Bdellium	Maiorana
Basilicon	Fumus terræ	Serpillum
Marrubium	Cardo	Oppopanacum
Serapium	Cheiri	Armoniacum
Agrimonia	Melilotum	
Gentiana	Callitrichum	

Aerea secundum gradum caliditatis
vendicant.

Tereniabin, Nube, Chaos, Ilech,

Quæ ex aqua proueniunt, in tertio gradu
calores existunt.

	Vitriolum	Margasita rubea	Kakimia sulphu-
a Sal id nas-	Sulphur	Sal congelatum	a Chimolea calcis
citur in fon-	Thalkaur	Sal gemmæ	Hiacinthus
tibus.	Cuprum	Aurum	Chrisolitus
	Topazius	Smaragdus	Ogorum
	Carniola	Atramentum	Alumē plumosum
	Arsenicus uterq;	Sal fusum	Rubinus
	Kakimia salis	Argentum uiuum	
	Granatus	Realgar.	

Quæ ex igne proueniunt, quartum gra-
dum caloris affectant.

a Sunt mi-
neræ arden-
tes.

Fulgur con:, Calcinata, Grando cal:, Aethna omnis,

CAPVT

CAPVT VIII.

SEQUENTIA SVNT FRIGIDAE
naturæ.

Quæ ex terra producuntur in primo gra-
du frigida sunt,

Cuscuta	Fragæ	Consolida
Branca ursina	Castaneus	Nenuphar
Lenticula	Fuphragia	Mandragora

Quatuor se: fri: mai: Genera sandalorum
dragantum.

Solatrium	Tapsus barbatus	Lactuca
Endiuiâ	Orobis	Malua
Mercurialis	Mala mat:	Quat: semina: fri:
Fabæ	Galla	Crispula (miræ)
Fraxinus	Melon	Oranth
Pisa	Lolium	Florasmo
Ribes	Dactili	Rosa
Acetum	Ciconidion	Cucurbita
Granatum	Gladiolus	Flos ferri
Hyosciamus	Portulaca	Citrum
Genera myrabo:	Lilium cõuallium	Citrulli
Barba siluana	Psillium	Genera papaue - (rum)

Quæ ex aere producuntur secundum gradum frigidi possident.

Vt Nebulgea (quæ fit ex nebula, quando per octo aut amplius dies de mane est nebula, & cadit humidum super lapidē, illicq; arefit, deinde alio mane iterum est nebula, & sic fit per octo dies: tunc illud quod permanet in lapide, est feri sal, quod vocatur nebulgea, & cadit in pratis.)

Quæ ex aqua proueniunt, tertium gradum frigidi obtinent.

Plumbum	Camphora	Kakimia alba
Electum ter:	Thallena altera	Thallena frigida
Antimonium,	Hæmatites	Stannum tri:gen:
Alumen de glacie	Marchasita argē:	Ferrum.
Argentum	Alumen entali,	Thalk album
Tria gen: corall:	Lotho.	Aqua glareona.

Quæ ex igne producuntur quartum gradum frigidi affectant.

* Arles est lapillus si- cut ameti- stus,	Christallus	Arles *	Berillus
	Fulgur frigi:	Citrineus	Grando frig:
	Citrimula	Nix	Glacies
			Obseryan-

Obseruandum igitur, quacuncq; ratione quæque res ex elementis proueniunt, eadem ratione etiam gradū eundem possidere, iuxta ea quæ prædicta sunt: porro quicquid ex elementis sensitivū existit, sequens figura indicabit.

SENSITIVA SEQUENTIA QUÆ EX TERRA proueniunt primum gradum caliditatis occupant.

<i>Viri</i>	<i>Capricornus</i>	<i>Equus</i>
<i>Pueri</i>	<i>Leo</i>	<i>Aries</i>
<i>Boues</i>	<i>Vrsus</i>	<i>Vulpes</i>
<i>Lupi</i>	<i>Gallus</i>	
<i>Leopardus & huiusmodi alia.</i>		

Sequentia animantia ex aere nata secundum gradum caloris obtinent.

<i>Aquila</i>	<i>Sthrutio</i>	<i>Phenix</i>
<i>Hirundo</i>	<i>Passer</i>	<i>Ardea</i>
<i>& omnia animalia uolatilia, præter ea quæ sunt in aqua.</i>		

Quæ ex aqua gignuntur tertium calidi
gradum habent.

Castoreum.

Quæ ex igne, quartum gradum.

Salamandra.

SEQUENTIA SVNT FRIGI-
dæ naturæ.

Quæ ex terra primum gradum frigidi pos-
sident.

<i>Mulieres</i>	<i>Puelle</i>	<i>Vaccæ</i>
<i>Menstruum</i>	<i>Sperma omne.</i>	

Quæ ex aere secundum gradum frigidi
vendicant.

<i>Columba</i>	<i>Ciconiæ.</i>
----------------	-----------------

Quæ ex aqua tertium gradum.

<i>Pisces</i>	<i>Lumbrici</i>	<i>Testudines</i>
<i>Ranæ.</i>		

Quæ verò ex igne quartum gradum.

<i>Gnawi</i>	<i>Zonucti.</i>
--------------	-----------------

CAPVT X.

PRæterea sunt alia quædam simpli-
cia, quæ interueniēte compositio-
ne secundum gradum attingunt.
Hæc quamuis non omnino pro ratio-
ne et natura elementorum gradus suos
assequuntur, quæ tamen in primo sunt,
secundum, & quæ in secundo, tertium,
quæ in tertio quartum gradum acqui-
runt, quæ in sequenti figura patent.

Simplicia

Rosa	Viola	Solatrium
Anthera	Nenuphar	Camomilla
Flores tapfi	Flores hyperico-	Flores centaureæ,
Flores prunellæ.		(nis,

Additio compositionis.

Oleum Acetum crudum, Acetum destillatū
Vnum ardens, Et omnis pinguendo.

Porro etsi natura per se non sit adeo
frigida, tamen eō redigit compositio,
vt per additionem erumpat secundus
gradus frigiditatis aut caliditatis, id qd
in oleo rosaceo palam est, & in aceto

rosaceo, cæterisq; id genus. Sunt etiam quæ in tertio gradu alioquin quartum gradum attingunt, vt acetum camphoratum, oleum plumbi, &c. Insuper sunt gradus qui per separationem à primo in quartum, item à tertio in quartum gradum ascendunt, id quod in tertio libello de Gradibus spagirorum^a patebit.

a Degradibus spagirorum in tertio libro requirere.

Sunt præterea quæ prorsus non intenduntur, cuiusmodi est nix & glacies, & id ipsum propter naturam rellollei. Sunt etiam quæ non nisi præparata naturam eliciunt, vt sperma ranarum, christallus & sulphur; item sunt, quæ ex calido gradu in frigidum rediguntur, vt gemmæ: alia ex frigido in calidum, vt camphora, coralli, &c. Postremò sunt, quæ gradum in præparatione amittunt, vt ea quæ cõgelantur aut resoluuntur: Item, quæ in substãtia corporis sui nihil prorsus operantur, ut oleum iuniperi & id genus alia. Reliqua quæ hoc loco desiderantur indicabit experientia.

DE GRADIBVS ET
COMPOSITIONIBVS
LIBER AVREOLI THEO
phraſti Tertius.



CAPVT I.



IN frōtispitio huius ter-
tij libri obseruandum,
præter eas essentias de
quibus in superiorib.
libris mentionem feci,
aliam à superioribus es-
ſe naturam siue essentiam, quæ Quinta
appellatur, siue, vt philosophi loquun-
tur, accidens elementale, siue vt phisica
uetus habet, forma specifica. Quinta au-
tem appellatur hac ratione, quia in pri-
mis tribus quatuor essentiæ deliteſcūt.
Proinde accidens elementale, & quæ
hoc loco quinta dicitur, cuius natura
neq; calida neq; frigida est, citraq; om-
nem complexionē in seipsa. Sed vt e-
xemplum clarius innotescat, quinta es-
ſentia valetudinem firmam sola intro-
ducit, quemadmodum sunt fortitudo

*Quare dica-
tur Quinta
natura.*

siue firma valetudo quæ in viro est ci-
tra omnem complexionē ad finem sui
deducit, sic in natura virtus delitescit.
Nam quicquid ægri tudines pellit, nihil
aliud nisi confortatio quedā est quem-
admodum si viribus fretus hostem pel-
las. De natura rerum habetur, nihil esse
in rerū natura quod virtute careat, nisi
sit naturæ, id quod ex æquo quinta es-
sentia existit, quia citra complexionē
accidit: Quanquam frigiditas alibi la-
xet, nonnunquam & calor, tamē præter
naturam fit, & ex uirtute naturæ re-
leaceæ. Quicquid autem secundum na-
turam operatur, eius rei quinta essentia
existit: Nam in hoc virtus est disposita,
vt sordem à corpore auferat, sicut in car-
natiua in vlceribus sanandis, hac ratio-
ne recentem carnem inducūt, vt inter-
ueniente eorum virtute materia pec-
cans tollatur. Tria hæc triplicis sunt es-
sentia sed virtus vna, quæ iusta nomen-
clatura, quinta essentia dicitur.

CAPVT II.

AD cognitionem graduū qui sunt
de quinto esse maxime earum re-
rum

rum quæ confortant, quatuor requiruntur in primis obseruanda: primum, quicquid est ex terra primum gradum valetudinis occupat: Secundum, quicquid ex aere est, secundum gradum affectat: Tertium quicquid ex aqua, tertium: Quartum, quicquid ex igne gignitur quartum gradum vendicat. Porro frustra sudabit quicumque ex terrenis quintam essentiam affectauerit similem ei quæ ex aere elicitur. In hunc modum, ea, quæ ex aere est ad illam quæ ex aqua erumpit nunquam conferri potest. In hanc sententiam de quarto elemento est iudicandum. Exemplum de extrahenda quinta essentia de chelidonia: Nihil est quod labores per quintam^a essentiam chelidoniae, quintam essentiam phœnicis,^b quintam essentiam auri: Item per quintam essentiam auri, quintam essentiam ignis. Quanquam in chelidonia, melissa, valeriana, plus arcani, quam in reliquis insit, tamē eousque præcellit gradus, ut hac eminentia arcanum istud multis partibus superet. sic in quolibet gradu aliud consistit altius alio. Quare in terrenis obseruandum, num chelido-

a Quinta essentia est arcana natura.
b Phœnix est quinta essentia ignis.

nia melissæ præstet, num melissa valeriana, similiter etiam de tribus alijs elementis iudicandum.

CAPVT III.

IN superioribus capitibus quicquid tractaui, in hoc solum tractaui, vt in sequentia graduum signa descenderem, atque adeò palàm fieret, qua ratione gradus in elementis consistèrent. Non enim ignoro quantum ab hoc loco dissentiant Platearius, a Dioscorides, Serapio, ceteriq; qui hos sunt sequuti, qui non pauca de quinta essentia scripserunt, sed falso. Tu autem quisquis es huius quintæ essentiæ cognitio- nem ab experientia pete, sic enim deprehēdes gradus in sua diuisione. Sed vt simul innotescat qua ratione morbi per quintum esse pellantur, principiò diligenter obserua concordantiam rerum ac morborum. Nam aliæ virtutes in sola Synanche pugnant, aliæ in Mania, aliæ in Aschlyte, alię in Lethargico morbo, &c. id quod de concordantijs habetur. Hoc loco scitu dignum existimo, hoc quod in natura delitescit, vt in
Gelutta

*a Hi solum
descripserūt.
gradus rerū,
cū debuissēt
arcana descri-
bere ipsa.*

Gelutta^a & Melissa, quæ renouant ac transferunt morbum sine omni virtute gradu, in reparatione videlicet ac renouatione pristinae iuuentutis. Qua ratione aut & qua virtute hæc fiant, de vita longa^b velut peculiaria quedam mysteria quæ in rerum natura præter arcana sunt indicant. Quare hoc loco prætereundum censeo, ut quod de gradibus, quatuor elementorum cœpi tandem persequar. Hic etsi multæ ac variæ sunt virtutes quæ per diaphoreticam naturam, aliæ per narcoticam, aliæ per alia ægritudines vincunt, tamen ad eos qui animum ad theoremata conferunt ista remitto.

a Est herba carlina liquor pulcherrimus.

b Liber de vita longa.

CAPVT IIII.

OMne quod confortat est temperatum, hoc loco nihil impedit substantia, quæ etsi frigida est, aut calida non tamen incommodabit quinta essentia nec quod in corpore suo. Porro, omne specificum est quinta essentia sine omni corruptione corporis sui. Præterea, nihil est temperatum nisi quinta essentia, vniuersa corpora sunt elementata in natura & accidente suo.

GRADVS VALETVDINIS.

Quæ ex terra proueniunt primum gradum valetudinis occupant.

Omnia genera {
 Herbarum
 Seminum
 Radicum
 Spongiarum
 Animantium
 Florum
 Corticum
 Fructuum

Quæ ex Aere, secundum gradum habent.

Vt omnia genera volucrum.

Quæ ex aqua, tertium.

Omnia genera {
 Metallorum
 Marcasitarum
 Kakimiarum
 Salium
 Mineralium
 Res marium sulph:
 Piscium
 Gemmarum
 Lapidum

Quæ

Quæ ex igne, quartum.

Tinctura

Lapis philosophorum

Quonquam aliæ quædam virtutes obseruandę sunt quæ in herbis non autem in volatilibus neq; in metallis delitescunt, quemadmodum vrsina, carlina, indicant, quæ extra gradum alienas virtutes in se admittunt, inter quas est etiam smaragdus, qui præter alia vim alienam in se admittit, nihil tamen ad sanitatem conferunt: sunt enim non nisi virtutes externæ, quæ intrinsecus prorsus nihil valent.

CAPVT V.

DE confortatiuis diximus hæc. *De laxatiuis*
 nus, nunc ad laxatiua & eorum gradus: Principio igitur obseruandum, diuisionem istam qua laxatiua diuiduntur in quatuor naturas hoc loco non obseruari, quo quidem ad hunc modum iuxta veterem consuetu-

dinem describuntur: Coloquintida,
Scamonea cholera purgant: Turbith,
elleborus phlegma: Manna, Capil-
lis veneris, sanguinem: Lapis Lazuli
elleborus niger, melancholiam. Pre-
terea sunt & alia quæ choleram vitel-
linam pellunt, alia quæ eruginosam,
alia quæ aquam citrinam hydropico-
rum, & id genus alia, quæ alibi descri-
buntur apud nos fide indigna, & id i-
psum hac ratione: Quia per materiam
peccantem superiora operantur, vel in
quibuscunque generibus morborum.
In hanc sententiam coloquintide inge-
nita, Diathesis est prouocare sedes cū
melancholia sit, sic turbith excitare se-
des haud dissimiliter limo vel in cho-
lera, & sic de alijs. Quare iudicium,
quod est super coloribus sedium, non
ex natura morbi, sed potius eò, quod
sedes excitauit sumendum est. Por-
rò etsi sedes nonnunquam pro ratione
ægritudinis à qua productæ sunt exe-
ant, tamen citra differentiam agendum
est, quibus purgationibus hæ sedes si-
stantur, scilicet non iuxta naturam
quatuor humorum, sed potius iuxta na-
turam

turam quatuor graduum, qui fortius
 altum sistunt. O ingentem Alaosco-
 piam, qua id, quod nullo modo depre-
 hendi potuit, ad iudicium reuocare ho-
 mines statuunt, sicut infra de sedibus cla-
 rius patebit.

CAPVT VI.

Sicut in superiori capite de gradibus
 laxatiuorum mentionē feci, ita hoc
 loco quo altius animis insideant ea-
 dem repeto, scilicet, laxatiua non obser-
 uare prorsus quatuor gradus elemen-
 torum, sed mixtos habere gradus citra
 omnem respectum elementorū. Qua-
 re diligentius intuenda erit morbi natu-
 ra, ne temerē abutaris cōfortatione ad
 medendum morbo, sed potius ita accō-
 modes, vt quaquauersum cum morbi
 natura conueniat, & gradū vndecunq;
 cum morbo conferas. Sed ne hoc loco
 illotis manib. (quod dici solet) in hanc
 purgandi rationē irruamus, hoc opus
 hic labor est. Obseruandum igitur, par-
 tes nonnunquam esse inæquales, in ea-
 dem operatione in quarto gradu, ut
 ellebororus ^{a Purgas} aliquando tollit quod ^{sistens.}

*a Per inferio-
ra & superio-
ra purgant.*

Titimallus nequit, item cataputia^a pel-
lent id, quod reliqua duo nunquam pre-
stare possunt: Aliquando precipitatus:
nonnunquam esula: item cassia fistula.
Præterea aliquando in febribus purgat
febriles humores laxatiuum, vt centau-
rea, nonnunquam in morbo catalepti-
co, vt elleborus, interdum in ascaridi-
bus, vt agaricus, & in id genus alijs: in
causa est natura non humores, quæ in
hoc est ordinata, vt tollat quicquid est
melancholicum, siue cholericum siue
phlegmaticum, siue aliud quiddam,
quod huc conferri potest. Nam ex his
omnibus scaterere potest, quod chole-
ram æruginosam dicitis, quemadmo-
dum de humoribus habetur. Hæc om-
nia cuiusmodi in se mysteria seorsum
habeant, experientia indicabit.

CAPVT VII.

*Gradus solu-
tionum.*

DE gradibus intensius & remis-
sius purgandi hæc sequentia nota.

I

*a Locusta est
extremitas
arboris.*

Polipodij.

Locusta sambuci. Locusta ebuli. *a.*

Locusta botim.

Sena.

Manna.

Capilli ueneris.

Gamandrea.

Cichorea.

*Quo fit ca-
seus.*

Terpentina.

Stomachiolum. *b.* Serum lactis.

II

II

Siler montanus.	Turbith.	Hermodactilus.
Ciclamen,	Azarabaccara.	

III

Rhabarbarum.	Diagridium.	Scammonea.
Esula.	Agaricus.	Centaurea.
Vitriolum.	Lazuli.	

IIII

Hellebor, uterq;	Titimallus.	Cataputia.
Coloquintida.	Serapinum.	precipitatus.

CAPVT VIII.

DE incarnatiuis ac consolidatiuis De incarnatiuis ac consolidatiuis.
 hæc nota. Incarnatiua ac consolidatiua quatuor gradus in se claudunt: Consolidatiua autem eodem modo cum laxatiuis elementa excludunt. Principio igitur obseruandum, qua ratione ægri tudines quibus mederi uolumus in gradibus consistant: Ex his enim insequitur gradus rerum naturalium: Nam alia ossium fracturam sanant, alia vulneribus medentur, alia communibus vlceribus, alia æstiomenis, cancriosis. Inde consequuntur quatuor gradus in hunc modum.

I

Fracturam ossium sanant.

<i>Alchimilla.</i>	<i>Diapensia.</i>	<i>Consolida.</i>
<i>Peruinca.</i>	<i>Aristolochia ro-</i>	<i>Serpentina.</i>
<i>Perfoliata.</i>	<i>(tunda</i>	

II

Vulnera sanant.

Balsamus naturalis: Balsamus artificialis, Pulveres Apostolorum, Potus vulnerum, Emplastra Apostolorum, Unguenta Apostolica, Hypericonis oleum, Centauræ Oleum, Prunellæ oleum, Anethi oleum, Terpentinae oleum, Benedicti oleum, Oleum ex lateribus.

II

Apostemata & vlcera communia sanant, Emplastra gummata, Emplastra mummiata, Emplastra Apostolica, Unguenta apostolica.

III

Aestiomena cancrofa sanant

Compositio Mercurij, Compositio Brassatelle, Compositio Realgaris. Huc huc simul adeste omnes Chirurghi, quorum ego ne vnum quidem, vel solo titulo dignum haecenus conspexi. Huc huc, inquam, properate simul impostores,

res, vt semel cognoscatis singulos gradus seorsim iuxta præscriptum, à quibus iam aliquot secula longè aberrastis, capti videlicet illecebris vestrorum receptiunculorum, quæ subinde à pueritia hostiatim emendicastis vel nuce indigna. resipiscite quæso, resipiscite, & à vestris vnguentis sparapaniis atq; cataplasmatis, quæ sursum, deorsum, ordine confuso discurrunt, tandem ad veram medendi rationem deficiate,

CAPVT IX.

SVnt insuper alia à superioribus, *De venenis.*
 quæ suos gradus ex æquo possident, cuiusmodi sunt venena, in quibus vel maxime obseruandi sunt gradus, ne pro elementata natura eorum in compositionem receptorum admittantur. Principio igitur introspiciatur veneni quantitas, tum demum adornetur pondus, idq; in hanc sententiam.

Venena in gradibus.

Simplex per se

I

Colchotar.

Alumen.

Reuerberata.

II

Spiritus Iouis. Spiritus Saturni.

Calcinata.

III

Tartarum. Scissum.

Sublimata.

IIII

Arsenicus. Mercurius.

Reliqua veneni genera vt aranei, bufones, scorpiones, lacerti, serpentes, dracones minores, & aliorum, quia non sunt ingrediētia, prætereunda censeo, præter Tyrum, qui suo loco dicetur. Sunt præterea, quæ menstruum prouocant, quare in sistendis menstruis apprimè accommodata fuerunt relata, scilicet inter reliqua recepta pro ratione suorū graduum iuxta præscriptum componēdi recepta. Sunt insuper quæ tumores reprimunt & vrinam prouocant. Hæc omnia & his similia ab experientia petenda sunt & cōcordantia. Hæc de gradibus: Reliqua quæ hoc loco desiderantur, assiduus vsus indicabit: nūc de gradibus spagyrorum.

CAPVT X.

EX industria spagyrica quatuor gra-
 dus eodem modo cum quatuor e-
 lementis proueniunt, qui reliquos
 gradus quantitate sua vincunt. Porro
 vbicunq; postremus gradus desijt, illic
 primus punctus in spagyricis princi-
 pium habet in hunc modum.

4
 Gradus spa-
 gyrorum.
 Spagyricoru
 nominiu co-
 gnitio vera
 in experime
 tis latet.

I

Oleum ex omnibus. {
 Herbis
 Radicibus
 Seminibus
 Oleis
 Resinis
 Gummis
 Fructibus
 Fungis
 Vifneis

II

Per destillationem de. {
 Vulture
 Columba
 Ardea
 Coruo
 Pica

III.

Aqua vitrioli, liquor.
 Aqua Mercurialis,

Oleum argenti viui.

Viriditas salis.

Aquæ aluminosæ.

Calcinata olea.

Olea metallorum.

Liquores gemmarum.

Aurum potabile.

Essentia antimonij.

IIII.



Oleum christalli.


Oleum berelli.

Tinctura.

Lapis philosophorum.

Hæc omnia calida sunt: nam gradus spagyrici elementatum tollunt, & super id quod elementatum est, gradibus suis tendunt: Quare ad cognitionem istorum graduum requiritur plena ac perfecta experientia, vt videas præparationem eorum, quæ ex elementato eo, vbi superant elementatū deueniunt.





IIII.

Ardes est
christallus
à liquorib.
factus.

Quæ ex igne quartum gradum uendi-
cant, ut ex

{ Berillo
Christallo
Arde

Et quæ ex prædictis quatuor elemen-
tis descendunt, vt

Ex Terra.

Aquæ vitæ, Aquæ circulatæ Balsama
distil-

distillata, liquores distillati

Ex aere.

Aues distillatæ, Tereniabin, Nuba,
Ilech.

Ex aqua.

Aurū potabile, Liquor argenti, Re-
solutio mercurij, Sublimata, Calcinata,
Reuerberata, Resoluta, Congelata.

Ex igne.

Liquor christalli, Liquor berilli,
Liquor ardæ.

50
ILLVSTRISSIMI
THEOPHRASTI AB HO.
HENHEIM LIBER QVARTVS
de Gradibus & Compositionibus
Receptorum.



CAPVT I.



Vemadmodum in superiorib. libris ea quæ de gradibus vnà cum differentijs eorum vehementer commendaui, ita & hoc loco differentiam tibi rursus commendo, in hanc sententiam. Herbae quæ sunt frigidae naturæ & ex terrâ, non in vniuersum commoda sunt omnib. morbis calidæ naturæ, neq; calidæ rurſus ægri tudinib. frigidae naturæ. Ex his septē genera morborū & septē quoq; genera calorū & frigiditatum colliguntur, cuiusmodi sunt inter reliqua membra ea quæ cordis sunt. Hæc igitur differentia vel maximè obseruanda est in huius libelli principio, cui titulus præfigitur de Compositione receptorum, vt ea, quæ hepatis desunt, siue

siue calidum [sit, siue frigidū, ab iisdem herbis petantur. Sic ea, quibus cerebrū destituitur, suas herbas requirunt. Porro et si herbæ in vniuersum sunt aut calidæ aut frigidæ, tamen herbæ quæ splenis sunt nihil prorsus commodant ægritudinibus rerum: Quare sub cognitionem graduū insequitur differentia herbarum in hunc modum,

De compositionibus receptorum.

CAPVT II.

Differentiam herbarū ad hunc modum cognosce: Principio diuiduntur herbæ in septem species vnā cum reliquis elementis, & id ipsum pro ratione ac natura astri, quod ex æquo cum his in septem species coniicitur. Porro qua ratione hæc septimembrem diuisionem recipiunt, eadem quoque ratione corpus partitionem septimembrem recipit, singulaque singulis æqualia affectant, vt ea, quæ sub sole sunt: cordi accommodantur, quæ duplicia sunt. Quæ verò sub Luna, cerebro, idque in gradibus vtriusque. Quæ sub Venere, renibus medentur. Quæ sub Saturno, splenem confortant.

Diuisio herbarum in septem species.

Quæ sub Mercurio, hepar defendunt.
 Quæ sub Ioue, pulmonem respiciunt.
 Postremo quæ sub Marte sunt, fellî omnino accommodata referuntur. Præterea, etsi herbæ vnâ cum simplicibus non regantur à planetis, neq; planetæ ab ipsis, tamen singulare quoddam dominium existit in quolibet elemento citra commixtionem alterius.

CAPVT III.

AD cognitionem eorum elementorum quæ cordis sunt, principio obseruandum: Quicquid regenerat, cordi finitimum est, vt aurum, melissa,
 ☉ nuba &c. Præterea, quicquid absument phlegma interueniente natura eius, rei fragrantia ad cerebrum refertur, cuiusmodi sunt rosa, Camphora, muscus, ambra. Porro, quod sanguinem aut extinguit aut calefacit, hepatis inseruit. Quod ♀ urinam prouocat & sperma adauget, renibus. Quod vitam longam conseruat, spleni. Quod deoppillat, pulmone. Horum cognitio in experientia consistit, sed in ea potius, quæ ex philosophia, hoc est, de regeneratione, quam, quæ

quæ ex medicina, id est, de morbo, imo quæ ex transmutatione nascitur: Nam ibi cum medicatum philosophica experientia concurrunt, atque adeo propria atq; genuina vniuscuiusq; rei diathesis deprehenditur.

CAPVT IIII.

COgnita igitur transmutatione, quæ septem species, cum frigidum calidum indicat, obseruandum, Quicquid regenerat, & id quod inueterauit expellit ac munditiem adfert, & rem integram atq; adeo incorruptam reddit, sub eandem speciem concludi, siue idem ex frigore, siue ex calore elementorum suboriatur. Præterea, quicquid in transmutatione humores superfluos consumit, vt sal, leprositatem lunæ tollit, præsentissimum remedium est cerebri. Hoc loco obseruabis herbas non ea ratione administrandas, quia lunares sunt, sed quia lunaria in suam potestatem redigunt ac cogunt. Per argentum enim aut lunam nullo pacto cerebrum sanatur, sed per ea potius, quæ cum his pugnant. Porro quicquid aduersus rubiginem ac

putrefactionem munit & in essentia cōseruat, vt fixa, quæ in transmutatione metallorū deprehenduntur, eadem ratione splenem incorruptum conseruat. Sic quicquid substantiam ac corpus in liquorem resoluit, epar cōfortat, & id quod repugnat expellit. Quicquid autem eousq; resoluit, vt contraria separet inter se, ad pulmonem confertur, cuiusmodi sunt alkali in stanno. Postremò quicquid præparat res & easdem idoneas reddit augmētis trāsmutationum, cuiusmodi sunt coniunctiones arcanorum, vel in primis vsurpandū est. Harum rerum experiētiā ex transmutatione naturæ pete: Neque interim vestris deplorandis gradibus, neq; in frigidis descriptionibus herbarum, quas codices insulsi habēt, vitam vniuersam contere: Non enim seruiētia sunt, sed potius sæuiētia aduersus pulmonem.

CAPVT V.

Porrò, qua ratione septem species prædictæ in quatuor elemētis deprehendantur, quid scilicet ex terra, quid ex aere, quid ex aqua, quid de-
niq;

nique ex igne sit, sequētia indicabunt,
ex quorum descriptione, modum com-
ponēdorum receptorū iudicabis, idēq;
in hanc sententiam.

Quæ ex terra calidæ naturæ.

☾	☉	♀	♁
Cerebrum	Cor	Renes	Epar
Viriditas sa- lis.	Essentia melissa.	Correctio sybeta.	Liquor
Liquor ui- trioli.	Essentia quinta	Essentia Satyrio- nis	Brassatel- le
Liquor lu- nariæ.	auri		Manna xiloaloes.

♁	♃	♁
Splen	Pulmo	Fel
Mysteriū Ellebori nigri	Extractio de pul- mone	Quinta essentia chelido- niæ
Valeriane Verbene	De usnea	

Quæ ex terra frigidæ.

Esse de ge- loen	Materia laudani	Materia stimloco- rum	Liquor senæ
Esse de an- theis	Materia perlarum	Materia selac	Q. sanguini
	Materia saphirorū		Q. s. ga- mandræ
			Cichoreæ

Compositio
candiMateria
roisCompositio
agrestæ

Materia

Confectio
dubelte-
lepssulphurum
Materia
ologanCompositio
Balaustia-
rum

CAPVT VI.

Quæ ex aere calidæ naturæ.

Cerebrum, Cor, Renes, Epar, Splen, Pulmo, Fel
 Nuba Ilech
 Symona Hallereon Thereniabin

Quæ ex aere frigidæ naturæ.

Eysuogel. Halcyon

Ilech crudum

Arles crudum

CAPVT

CAPVT VII.

Quæ ex aqua calidæ naturæ.

Cerebrum	Cor	Renes	Hepar
Oleum	Aurum po-	Essentia	Mysteriū
Mercuris	tabile	uitrioli	mercurij
lunæ	Liquor	Q. de sul-	
Essentia	Solis	phure	Mysteriū
argenti	Oleum de	Flos Ve-	antimonij
Essentia	septimo	neris	
de sexto	Saturno		
Venere			

Splen	Pulmo	Fel
Magisterium	Flos Iouis	Crocus de
de asphalto	Extractio	marte
	stanni	
Rubedo	Talk resolu-	Topazius
de nigro	tum	è ferro

Quæ ex aqua frigidæ naturæ.

Succus de ametisto	Marcasita utraque	Tinctura Lapis de physico	Spiritus Saturni
Liquor de granatis	Talk al- bum		Essentia de plūbo
Compositum de gemmis			
Mysterium Mercurij coagulati	Flos de Ioue crudo		Ferrugo de quinto

CAPVT VIII.

Quæ ex igne calidæ naturæ.

Cerebrum, Cor, Renes, Epar, Splen, Pulmo, Fel
Nostoch calidum

Nostoch
est species
ignis.

Quæ ex igne frigidæ naturæ.

a id est vir-
tutes.
b Citrini-
bus est gé-
ma.

Arcana^a christalli
Magisterium berelli
Liquores citronei^b

CA-

CAPVT IX.

COgnitis gradibus & speciebus graduum, tum demum aggredere compositionem receptorum iuxta prescriptum regulæ sequentis. Quemadmodum quatuor elementa sunt, sic quadruplicia recepta sunt adornanda, in hanc sententiam: Alia sunt genera morborum quæ terrena remedia affectant, Alia desiderant aerea, Alia requirunt aquatica, Alia ex igne petunt. Principio igitur obseruandæ sunt ægritudines in prædictis septem membris, inter quæ scilicet elementa referantur. Nam inde sunt elicienda simplicia quibus compositum adornes pro ratione cum gradu tum specierum. Proinde in elementatis ægritudinibus, puta terrenis, compositum non est altius apparandum suo gradu, sed in eo ipso gradu relinquendum. Similiter in aereis, nihil ex alienis elementis est admiscendum. Eodem modo de cæteris elementis, aqua, & igne iudicabis. Sed ut singulas ægritudines singulis elementis accommodes, hoc opus, hic labor

Regula in compositione receptorum.

est: Nam inde accidit communis ille error qui subinde repullulascit in podagra, in paraliticis morbisq; cæteris id genus, propter præposteram medendi rationem quam homines imperiti aggrediuntur. Exemplum habes in epilepsia; species epilepsia elemento aquæ subiiciuntur, quare ex his quæ mineralia vocant, sananda est, sic de alijs iudicandum.

Epilepsia per mineralia auferitur.

CAPVT X.

Regulas generales de compositionibus receptorum in hanc sententiam accipe: Vniuersa recepta quæ pro elementalibus morbis adornantur sex rebus constant, quarum duæ ex planetis, duæ ex elementis, deniq; duæ ex narcoticis sunt. Quamuis etiam tribus confici possent, ita vt de singulis alterum solum recipiatur, tamen infirmiora hæc sunt quàm quæ ad medendi rationem admittenda sint. Veruntamen vt ad priora redeam, Duæ sunt inquam, quæ ex planetis constant, hac ratione, qua medicinam conciliant ac corrigunt. Duæ ex elementatis, vt gradus ægritudinis

Compositio receptorum. a Narcotica sunt quæ tollunt morbum.

gritudinis superetur: postremo duæ ex narcoticis, hac ratione, quia quatuor prædictæ partes imbecilliores sunt, quam quæ morbum ante crîsim expellant. Quare hoc loco de Compositione obseruabis potissimum, vt criticum diem anteuertas. Ad hunc igitur modum adornata recepta apprime valent in morbis cum acutis tum peracutis, & peracutissimis, quæ quaquauersum agas.

CAPVT XI.

Postremo de ponderibus nota regu *De pōderib.*
 lam sequentem: principio obserua gradum, vincatur ne à medicina gradus, an quaquauersum cum gradu consonet, sed ita, vt hæ duplices species sese non corrumpant, sub hæc dispone in hanc sententiam. Principio, quæ ex planetis sunt ad quatuor partes refer in receptis, Quæ ex elementis, ad tres, Quæ ex narcoticis ad vnâ partem. Et vt clarius innotescat consilium confero me ad illa composita quæ iuxta modum præparandi confecta sunt

in hunc modum, Recipiatur essentia
planetarum: Essentia elementata: deni-
que narcoticum purum, alioquin si sub-
stantiæ admittantur, in pondera depra-
uatur receptum: Non enim ex multitu-
dine graminis aut fœni iuxta catartico-
rum præscriptum, sed potius ex virtute
natiua hæc compositio fiat. Hæc de
compositione receptorum in genere.
Qua ratione autem singula recepta sin-
gulis morbis accommodanda
sunt, quintus liber
indicabit.

DE GRADIBVS ET
COMPOSITIONIBVS
LIBER THEOPHRASTI

Paracelsi Quintus.



CAPVT I.



Principio in descriptione receptorum diuide morbum in quatuor species, deinde has species inter quatuor elementa refer, gradum-

Morbus diuiditur in quatuor partes.

que, qui occurrit accipe, & iuxta modum insequentem procede: porro si accidat translatio morbi de vno in alium gradum, recipe eundem gradum: sic enim permanent ægritudines primi gradus, quæ ex terra sunt: Secundi, quæ ex aere: Tertij, quæ ex aqua: Et quod quartum attingit, per solam tincturam sanari oportet, alioquin nihil est, quod huic loco accommodari possit. Præterea, etsi in superiori libro receptum sex partibus adornari præscripsi, tamen tribus cõfici potuit, aut superiora duplicari, vt

duodecim adpareant: Aut ad hunc modum describi, vt eorum, quæ planetarum sunt quatuor, quæ elementorum, duo, quæ narcoticorum, vnum recipias, sed ita, vt porrò pro ratione huius descriptionis digeris pondus in hanc sententiam. Accipe de his, quæ planetarum sunt drachmas quatuor, de elementatis drachmas tres, de narcoticis drachmam vnam: sic in pondere, non autem in numero res consistit. Rursus ad dosim, non ad pondus, neq; ad receptum refertur vis atq; adeo effectus earum rerum: quæ in huius recepti descriptione admittuntur, vt in his, quæ planetarum sunt, maiorem energiam deprehendas, quàm in elementatis. Sed hoc doseos est, non ponderis, neque recepti: Quare superior modus obseruandus est. Postremo, insignis peritia medicæ rei hoc loco requiritur, ne medendirationem ante tempus aggrediare, sed ita potius rem tractes, vt illic, vbi opus est purgatione, purges: Vbi sanitate, sanes: Vbi consolidatione, consolides, in hanc sententiam, vt sequitur.

*Vis medicinae
in dosi consi-
stet.*

CAPVT II.

AD compositionem receptorum, quæ pro laxatiuis præscribuntur, duo sunt necessaria, quæ aduersus laxationem digeruntur, aliud quod confortat, & aliud quod mitigat. His igitur ad hunc modum dispositis, citra omne periculum existit descriptio recepti. Principio igitur, quod ad confortandum attinet, Recipe aromata, cinnamomum, chariophilos, nucem muscatam, cæteraq; id genus. Quod autem ad mitigatricum attinet, recipe anodina, idq; ad minimum pondus. His duabus rebus erumpit correctio eorum, quotquot in recepto sunt. Neq; hoc loco obseruanda est differentia, quid choleram, quid phlegma purget, sed potius intuenda experientia, quid cui præstet, quemadmodum de modo pharmacandi habetur: purgandi enim ratio omnium maximum est, quod medicæ rei peritus obseruare debet.

*Compositio
receptorum
pro laxatiuis*

*Liber de mo-
do pharmaca-
candi.*

CAPVT III.

EXemplum in laxatiuis, quæ vomitum cient, ad hunc modum describuntur: Recipe ellebori albidrachmam, cinamomii, nucis muscatæ, singulorum drachmam semis, succi de Thebaicò scrupulū. hæc descriptio indicat, cum pondus tum naturam vomitiuorū, quæ per secessum etiam purgant in hunc modum: Accipe de vomitiuis partem vnam, de confortatiuis tantūdem, de Thebaico succo tertiam partem simplicis laxatiuorum: Deinde iuxta conficiendi modum digere, & pro ratione doseos administra. Aut in hanc sententiam, Recipe mithridati, rob de ribes ana drachmam dimidiā, succi de papauere scrupulum, præcipitati drachmam, confice ad formam: Aut ad hunc modum, cape cataputiæ, thitimalli, ellebori, vniuscuiusque scrupulum vnum, anisi, feniculi, croci martis, terræ sigillatæ, ana grana quindecim, succi Thebaici, de papauere, de iusquiamo, singulorum grana septem,

dispone

dispone ad formam. Si autem per se-
cessum non operantur vomitiua, cuius-
modi sunt Rhabarbara, coloquintida,
cæteraq; id genus, recipe ea quæ inter
laxatiua efficacissima sunt & in tertio
gradu consistunt, ea ad cõfortatiua con-
fer, & ad decimam sextam partem nar-
coticorum in hunc modum.

Acipe scammonæ drachmam, spe-
cierum de gemmis, diamusci, singulo-
rum drachmam mediam, opij scrupu-
lum medium, misce ad formam. Simi-
liter de Rhabarbara cæterisq; iudican-
dum. Proinde si secundum gradum at-
tingunt, adde duodecimã partem nar-
coticorum, quemadmodum fieri con-
suevit in thurbit & hermodactilo cæ-
terisque id genus. Si verò primum oc-
cupant, nihil immuta, sed vnã cum
confortatiuis ita coniunge, vt consul-
tè cum his agas, num scilicet frigida
an calida habere velis: ea interuenien-
tibus cõfortatiuis præpara in hanc sen-
tentiam.

Recipe diagridij, agarici, ciclamini *Hirtzbrunn*
singulorum scrupulum, corallorum ru-
beorum drachmam, opij scrupulum.

Aut in hunc modum, Accipe vomitiua & laxatiua mixtim, ita tamen vt pondus suum seruetur vtrinq; , atq; ita receptum duplica, dein ad formam misce.

CAPVT IIII.

IN curatiuis siue ante siue post purgationem iuxta peritiam physica describuntur recepta in hanc sententiam.

Principio singula colloca in primū gradum: proinde, si transmutatur morbus de primo gradu in secundum, de tertio in quartum, similiter age in hanc sententiam in icteritia. Accipe locustarum

a hoc est alkali ex lescolis.

b Resibola est sconchea ex anse narta.

a drachmā vnā, centaureæ drachmas duas, b resibolæ drachmas tres, misce iuxta prescriptum experientia interueniente vino; dein vice potionis administra: Cuiusmodi recepto si non sanatur ægrotus, secundum, tertium, aut quartum gradum inquire, & in eam sententiam quam præscripsi, receptum describe. Itaq; tria in compositione receptorum considerantur, Specificum planetæ, cuiusmodi sunt locuste, auriculæ muris, elementi naturæ, vt centaurea: postremo

ftremo narcotica, vt resibolæ, oppium.
 Porrò quamuis centaurea plenius ope-
 retur elementatis, tamen hoc experien-
 tia requirit. Quod autē pondus in præ-
 senti recepto pugnat, in causa est iam
 dicta experientia, quæ receptum ex sui
 natura, non autem ex regulis colligit.

Sic etiam in febribus: Accipè nectaris
 drachmam, de testudinibus drachmā
 semis, succi de thebaico scrupulum.
 Quæ autem regulas sequuntur, eandem
 rationem cum superiori descriptione,
 quæ sex partibus aut pluribus constat
 habent. Ego verò malim experientiam
 quam nudam istam liberam depictio-
 nem eorum qui solis regulis student.

*Nectar est
 confectio al-
 buminis o-
 vorum.*

CAPUT V.

IN morbo caduco, vbi receptū com-
 positionē in tertio gradu desiderat,
 compositum non habet locum, sed
 simplex tantum administratur, vt per
 spiritum vitrioli, & alia id genus: in
 primo gradu describitur receptum iu-
 xta præscriptum primi gradus, in hanc
 sententiam. In paralyti administrantur
 confortatiua per se vt aqua vitæ, essen-

*Scilicet è mi-
 neralibus.*

*a Spiritus
 vitrioli in
 quarto gra-
 du spagirico-
 rum.*

tia lauendulae, aurum potabile, liquor gemmarum caeteraque id genus: sic in quarto gradu regula obseruanda est. Porro si duplex medicinae vsus incidet, scilicet, intra cutem & extra cutem, vt in paralyfi: Paralyticis & contractis bifariam administra, intrinsecus iuxta modum supra praescriptum: Balsamum autem extrinsecus iuxta experientiam, quemadmodum modus administrandi habet. Sed ea, quae ex balsamo conficiuntur ad hunc modum accipe. Principio duntaxat ea recipe^a quae ex plantis sunt, neque interim elementata vide, neque narcotica, Vt in contracturis summum experimentum est specificum serpentinae, deinde pinguedo, quae ex hebeno, hominibus, terpenina, oleo nucum, oleo guaiaci, caeterisque id genus elicetur. In hanc sententiam innumera sunt quae experientiam non reguias sequuntur: Nam id genus morbi per ea, quae longo & assiduo vsu eruperunt sanari mauult quam per canonica recepta.

*a. Antieare-
spice.*

CAPVT

CAPVT VI.

IN incarnatiuis cum experientia tum
regulæ sunt obseruandæ in hunc mo-
dum: Quicquid est planetarū, exacte
inquire, in quarto scilicet gradu cum
incarnatiuis conueniat, denique qua ra-
tione cõponatur, quemadmodū in fra-
ctura ossium sequens receptū indicat:
Recipe cõsolidæ, aristolochiæ rotundæ,
serpentiniæ singulorū libram. Porrò etsi
infiniti præter hunc habentur modi me-
dendi ossium fracturas, tamē quicquid
præter id quod dictum est huc adhibe-
tur, incõmodat, & præsentem medican-
di rationem impedit. Neq; hoc loco
silentio prætereundū censeo, varia con-
solidarum genera, ac multa. Præterea
serpentinarū incognita & cognita, quæ
ideo non recensent à me, quia nihil im-
pediūt pondus, sed in idem iuxta præ-
scriptum referūtur, citra respectū cum
caloris tum frigoris, quæ descriptionē
recepti corrūpūt. In vulneribus autem,
sequentem componendi rationem ob-
serua: principio collige in vnum quæ
planetarū sunt ac vulnerū, singula iuxta

experientiam in hanc sententiam: Quic
 quid est balsami crudi, ad oleum redige
 per extractionem, & id ipsum pondere
 æquali citra omnem additionem cum
 calori tum frigoris, ita vt solis specificis
 immoreris, in hunc modū: Gummi tra-
 ctari debet in emplastris, siue vnguen-
 tis apostolicis, nisi quatenus sextā partē
 erga reliquas species cōplent, & quinque
 reliquæ partes specierū sunt, & corpus
 harum rerum pondera quatuor habet.
 Potus autem vulnerum iuxta experien-
 tiam in pondera refertur, & id ipsum in-
 tentius, aut remissius in hunc modum:
 Accipe pyrolæ manipulos duos, per-
 uincæ, diapenseæ, ana manipulum v-
 num, agrimonij manipulum cum dimi-
 dio. Iam si fuerint aliæ præstantiores, ab
 illis ad has defice. Postremo etsi multa
 sunt quæ hoc loco de receptis vulne-
 rum desiderantur, tamen citra experien-
 tiam, quæ receptorum mater est, regula
 comprehendinequeunt.

CAPVT VII.

IN descriptione receptorum pro apo-
 stematibus principio obserua, nihi-
 eorum

eorum hic admitti, quæ in superiori ca-
 pite inter recepta vulnerum referenda
 duximus, sed præter ea, quæ planeta-
 rum sunt, simul etiam elementata confi-
 derari, vt vtracq; conueniant. Præterea
 dispositis ita receptis, nihil de his, quæ
 putrefaciunt, aut in loco purgant, appo-
 ni, cuiusmodi sunt maturatiua, & laxati-
 ua. Est autem huius recepti, hæc ratio
 & natura, vt gummi, incarnatiua, deni-
 que, quæ planetarum sunt in subscrip-
 tum pondus digerantur. De gummi sci-
 licet pars vna prodeat, de incarnatiuis
 tres, de his, quæ planetarum sunt reliquæ
 duæ, in hanc sententiã: Accipe gum-
 morum bdellij, armoniaci, galbani, oppopanaci
 singulorum drachmas duas, thuris, masti-
 chis, myrrhæ, mumiæ, aristolochiæ rotu-
 dæ, aloë patici, ana vnc. semis, florem
 æris, cinnabrii, cerussæ, camphoræ, v-
 niuscuiusq; vnciã dimidiã: hæc omnia
 in lithargyrio elixato, aut minio, aut nu-
 da cera admixto colophonio, in vnum
 coge: Atq; in hunc modum digere em-
 plastra omnium hulcerum & apostematum:
 Postremo vt formã emplastri arripiant
 prædicta, Recipe, cum cerã, tum terpen-
 ti-

*Descriptio
 emplastri om-
 nium hulce-
 rum ac apo-
 stematum.*

CAPVT VIII.

*Die firsich
fressen.*

*Brassatella
summum me-
dicamentum
ad omnia me-
bra principa-
liora.*

** Partem
vel aquam.*

IN æstiomenis, aut cancroſis, vt in ſer-
pigne, noli me tangere, cæteriſq; id
genus, tres modi componendorum
receptorum obſeruandi ſunt: Primus
ex virtute planetarum erumpit, & vni-
verſa hylcera citra adiectionem alte-
rius ſanat, cuiuſmodi eſt Brassatella: Se-
cundus eſt ex his, quæ per medicamina
æſchpharę in hoc præparantur: Tertius
ex medicaminibus præcipitati elicitur.
Receptum, quod ad prouocandum æ-
ſchpharã facit, ad hũc modum deſcribi-
tur: Recipe de medicaminibus æſchpha-
ræ partem vnã, de aqua brassatellæ
partes quatuor, eandem partem a vſur-
pa. Alterum eſt, Recipe decimã ſex-
tam partem præcipitatorum, & idip-
ſum ad vnguentum ſiue emplaſtrum a-
poſtolicum, & adminiſtra. Hæc quam-
uis ita ſe habeãt, tamen non niſi mercu-
rialis ſtatua ſunt eorum, quæ expe-
rientia palàm indicat, quam volo vo-
bis eſſe commendatiſſimã, vt v-
niuſcuiuſque propriam ac natiuam
naturam

naturam pernoscatis, & à vestra experientia, quæ ieiuna ac arida imo nulla est, ad eum cui velut Lacedæmonio Apollini, quatuor insunt aures, deficite.

DE GRADIBVS, DE
COMPOSITIONIBVS ET
DOSIBVS LIBER SEXTVS

Theophrasti.



CAPVT I.



In dosibus verò describendis, præter ea, quæ in superioribus quinque libris tractauimus, quãtum ad complexionẽ, atq; adeo ipsum Ares attinet, sciẽdum est, id vniuersum, quod naturæ probandum venit, eius videlicet rei, cuius subire audet medicus provinciam, hoc namq; solum, quod ipsis etiam oculis probatur, in dosibus considerari debet. Obseruandum igitur in

primis, vnamquamq; dosim secundum ipsius propriam ac naturam Ares, vel calido consistere, vel frigido. Vbi etiam sciendum in receptis cōparandis, nec humidum, nec siccum (quantum ad dosim spectat) considerandum esse. Sicut enim principio duas tantum esse complexiones demonstraui, ita etiam duplices solummodo quoq; doses existunt: gradum enim calidi vel frigidi quicumque probè nouerit, eidem quoq; nō solum siccum & humidum eius adiunctū esse, sed & siccum resolutum & humidum coagulatum, haudquaquam ignorabit. Præterea scire quoq; debes, calido & sicco nullum prorsus inesse, vel arcanū, vel aniadum: Quandoquidem etiam nullus morbus exurgit, qui horum alterutrum solummodo petat. In calido, & frigido rei summa est: illa namque Diathesis vel in calido dominatur vel in frigido: cuiusq; verò morbi inclinatio hæc sola est, vt alterutrum à medico solum, siue calidum hoc sit, siue frigidum, obseruetur. Quilibet autē gradus sui morbi dosis est. Quare ex gradu quoque, dosis accipi debet

id

Dosis duplex

Aniadus est rerum efficacitas.

Quilibet gradus sui morbi dosis est.

id quod vel ignis comparatione intelligas licet, qui vnum tantummodo gradum habet, atq; is quidem gradus per se solus ad consumendum sibi contrarium sufficiens est: quod quidem secundum calorem est. Haud dissimili modo omnis glacies vnum quoq; habet gradum ad infrigidandum membrum sufficientem, idq; secundum frigus. Proinde omnis morbus gradum suum habet, nec plus, nec minus. Eodem quoq; pacto se habent ad vnumquencq; morbum doses, piper & castor. Doses morborum sunt, vt sic dixerim, piperinorum & castoreorum. Cæterum alius morbus est, qui dosim suam ab igne petat. Sperniola & camphora vnum habent gradum, eundem verò morbi quoq;, qui sunt ex persicis gradum occupant. Vnde fit, vt sperniola & camphora eorundem quoq; doses existant. Sciendum verò iterum, res medicæ nō gradari ex æquo ad morbos quantum refert dosim, verum vnaquæq; gradum suum habet morbo suo æqualem, atq; is est doseos gradus,

*Sperniola
est ex raris.*

Gradus doseos.

CAPVT II.

Porro euenit quoniam vnus solū modo gradus est, nec vlla res tam in calido, q̄ in frigido altius gradatur alia, præcipuū certè est, ad inueniendam dosim æqualitatē. Cæterum in rebus naturæ & in morbis vtriusq; vnus est gradus. Neq; enim vllus morbus deterior sit eò, quo eius medicaminis gradus est altior: deterior enim nisi iuxta naturæ nobilitatē nullus fieri morbus potest. Ad recipiendum verò in his dosim, ab vtraq; parte cōsideranda est copia. hinc itaq; dosim accipe, morbi copia abundè quoq; doseos tibi copiam ostendit. Quocirca scire oportet medicum, quali nam pōdere morbus grauat⁹ sit, tantundem enim pondus medicinæ quoq; dosis sibi vendicat. Quamobrem obserua pondus administrandi esse, nō gradum: in hoc enim situm est præcipuum, quamlibet dosim reperiūdi fundamentū. Ex numero siquidem hoc prodire debet, non ex earum rerū corpore. Primū itaq; est, vt seipsum curret microcosmi Ares, & non medicamina

na adhibita. Quamprimum enim morbus ad æqualitatem adductus fuerit, sequitur statim, vt ipsa natura, quod sibi ipsi cōtrarium est, curet. Proinde sciendum est, quamlibet dosim, non vltra prædictum numerū, qui ex morbo sumitur, vsurpandū. In ipsa enim natura vigintiquatuor comprehenduntur, in quo numero etiam medicina ipsa sumi debet, vt quemcunq; numerum attigerit, idem ex naturæ sumatur anatomia.

Nam vt in hac vigintiquatuor morborum (vt ita dicam) minuta sunt, sic etiam in medicina 24. lotones existunt.

24 Minuta
morborum.
24 Lotones
medicinæ.

Per hæc igitur vigintiquatuor minuta, & lotones totidem quilibet medicus administrare medicamina nouisse debet, vt æqualem vtrobiq; numerum in numero conseruare discat. Quo facto, virtus naturæ ea est, quæ curat ægrotum. Quare notandum, sæpenumero euenire vt plerique morbo iam iam defuncto, nihilo tamen minus valetudinarijs adhuc similes existant, idque ex ea ratione, quod ipsius naturæ virtus, quæ idcirco medicum exhibere nequit, in uniuersum non consen-

tit, ex cuius tandem defectu nō ex ipso morbo, mors ducit originem.

CAPVT III.

SEd, vt porrò de vigintiquatuor minutis loquamur, notandum, quod in his summa vtrinque, tam naturæ, quæ morbi æqualitas consistit. vbi obserua, morbum complexionatū sese diuidere, & partim descendere, partim item ascendere, ab vno vsque ad vigintiquatuor, idque nō quia vnus tantum sit morbus, verum quotquot morbi, tot etiā ē diuerso minuta existunt: ē regione etiam complexionum facultas à supremo ad vigesimumquartum usque ascendit: hinc medico ignorantia oboritur vsque adeo, vt nullus in minutis dignoscere morbum queat, præterquam per solam dosim. Neque enim hic in eam differimus sententiam, quod morbus aliquis in tertio vel quarto minuto existens, se possit vel euehere, vel augere, sed potius id solum intelligi debet, vigintiquatuor esse lotones, ex quibus dosis proficiscitur, vt exempli gratia: In ca duco vigintiquatuor minuta sunt, quæ
quidem

quidem totidem etiam lotones desiderant, & est tamen hic vnus solummodo morbus, vel eius morbi species. Dosis itaque vt inuenias, exhibere isthuc theorica non potest, potest autem ipsa experientia. Nam velut hæreditario à natura procedit dosis composita, quocirca & seruari, & iuxta naturam administrari debet, idque secundum experientiae dosim. Cum autem hoc ipsum in experientiam transferri debeat, principio intelligas oportet, vtrum isti doses anatomiae, cum anatomia morbi probe conueniant, ex quo sequitur in hoc vigesimo quarto numero, unumquodque morbum dosim suam affectare ad æqualitatem usque ascendere, vltra autem hunc numerum transcendas caue: Siquidem sanitatem præstare, cum naturæ microcosmi, tum externorum elementatorum quando ea in corpore conueniunt, officium est. Et perinde est ea coniunctio velut cinobrium quod nimium gradat in eiusdemodi: itaque exaltatione elementata virtuti microcosmi suas præbent exaltationes, sicque granum primum in scrupulum, drachmam & lotonem abit, non

nulla vero in libram, quædam etiam in maiores Kist, alia autem in talenta quoque.

CAPVT IIII.

HActenus de virtute rei & naturæ dictum est, aliter autem habet, si vel putrefactio fuerit, vel superfluitas, vel Syndenocha, quarum eundem dosim sic administra. Eiuscemodi enim Syndenochas per laxatiua præsumi oportet, idque in hanc sententiam, vt omne laxatiuum pro resolutiuo habeatur, quare ex resolutione dosium accipias oportet, non ex laxatione. Ex hac enim si sumpseris, confestim mutabitur in homine id quod per illam fieri nullo pacto potest. Scire enim conuenit vos medicos, vt primo statim aspectu resolutionem probè dignoscatis vt composita, ex hac dosi impune purgare citraque noxam possitis, quæ quidem cognitio ad eum debet esse modum: Quicquid sese in solidam resoluit aquam, granis decem consistit: Quicquid vero in perfectam resolutionem sese resoluit, granis

nis consistit solummodo sex: Quod si vero vnâ cum substantia materiali perducatur, tria tantum grana continet. Porro, quod in se ipso ante suam resolutionem ad putrefactionem abit, de hinc vero in solidam vergit substantiam vegetabilem, granum sibi vindicat quadragessimum: si vero in putrefactione manserit, vel etiam post resolutionem animale putrefiat, octuagesimum tertium granum occupat: Cæterum, quod in suo esse permanet, nudam vtriusque sexus conseruans indiuisè in se ipso substantiam, ad vnciam vsq; porrigitur. Et si ex matrice aeris descendat duplū numeri obtinet: si verò ex matrice aquæ, triplum sibi eius numeri acquirit. Ex igne, ad dimidium iam pondus peruenit dosis. Hic igitur obserua quæ ad laxationem necessaria sunt, nempe, non nulla soluta quæ à coagulatis proficiuntur dimidiata etiam dosi purgare: Item solida ad solida similiter: Quædam verò dein laxare ex proprietate resolutionis alterius: Vt manna laxat ex virtute, qua vnūquodq; siccū resoluit: Silet à cōtrario: Harmel aut ex cōiunctione:

Proinde notandum ex his omnibus, purgationem nihil esse aliud, quàm veluti tincturam quandam, tamen sine coloris inditio, quæ & mineralia resoluit & tartara dissoluit, quemadmodum idem etiam anatomia in suis partibus indicat. Cum igitur tinctura quædam existat, cogimur necessario resolutionem animaduertere, & quidnam resoluum sit, quidue resolutionis tincturam assumat, & quæ de materia in microcosmo necessario adpareant.

CAPVT V.

Nunc autem de relollinis & chero-
nijs, quæ ad hunc modum debent
intelligi: Quod ex transuerso per
vim, alteram partem superauit secun-
dum eius lliastri naturam: siquidem so-
lum relollinum lliastrum esse debet.
Quocirca, tale quid non ex æqualitate
quidem, verum potius supra æqualita-
tem per vim proficiscatur oportet. Ne-
que verò etiam ex ingenio microcos-
mi, sed magis ex Ares proprietate, vnde
etiam lliastrum deriuatur, quod vi mor-
bum expellit, idque ex vtriusque virtute na-
turae

turæ id, quòd sic intelligi debet, quod hic duodecim grana diuidenda sunt, iuxta doses numerosum. Et sextum quidē granum principiū est, reliqua sex æqualitatem exhibent: in cherionijs verò, ab vno vsq; ad sextū numerata, nec vltra progredere, quando quidem dimidia lunæ pars decedit, quæ à sex vsq; duodecim est. Cheronium nanq; & relollinū in sexto numero modum suum assumunt, vnumquodq; tamen cum proprio suo Illiastro: Quamuis eiusmodi doses etiā super æqualitatē deduci queunt ex indiuidua virtute Illiastris, qui non secus, atq; crocus quidam operationē suam perficere possunt.

CAPVT VI.

Quicquid præterea de arcanis, de essatis et essentificatis, specificis, & id genus alijs in eorum dosibus sciendum est, ad hunc habet modum: Quod ex prædictis granis assumi dosis debeat, cui deinde arcanum essatum & essentiale vnà cum specifica virtute & cōplexione æquali adiungi cōuenit, idq; hoc pacto, vt virtutes arca-

norum super æqualitatem morborum
 etiam congerantur. Quamuis enim,
 quoties aliqua species, toties item pe-
 culiaris ac propria dosis, nihil tamē id-
 circo eō in loco dosis obest, proinde
 rursus quid ei damnum inferat confi-
 dera, vt si arcanum potēter administra-
 tum fuerit, & detrimētī quippiam hinc
 fortē oriatur, siue in eo paroxismo, siue
 in alio quopiam, siue pristinus ille mor-
 bus moueatur, aut nouus aliquis inde
 pululescat, non id statim idcirco virtu-
 ti ascribas arcani, sed potius eius cor-
 poris proprietates antea contempla-
 re, in quo huius commodo arcanū est
 positum. Est autem possibile, vt in v-
 no tantum simplici à natura composi-
 to, cum excellens aliquod arcanū, tum
 etiam iuxta maximū noui alicuius, aut
 etiam veteris morbi veneni simul deli-
 tescant. Vbi obserua, vt ex natura com-
 positis, vt ad hunc modum cōseruetur
 dosis, ne corporis venenum verum, &
 pestiferum aliquod, semen inferat: Vt
 ex^a Viscaleo patet, qui speciem epile-
 psia septimam curat: è regione verò e-
 tiam alium morbū inducit, nempe Sy-
 phi-

*a Viscaleus
 est viscus ar-
 boris.*

*Syphita est
 dolor & pas-
 so animi.*

tum in prima specie. Quod si autem dosis in morbo caduco fuerit in arcano, cogitet porro medicus, istud arcanum nullam exhibere dosim, sed ipsum corpus, quo primam Syphytæ speciem affert. Anticipat autem isthuc ipsum corpus per dosim. Similiter est etiam in apoplecticis & lethargicis, quando liquor colchotarius secundum arcanum dosis accipit, etsi corpus microcosmicum in hoc animaduersum non fuerit, tum tamen recentis morbi, nempe tartari venenum est presentissimum. Quocirca in hoc capite admonitum volumus quemlibet medicum, ut eiusmodi regulam quaecunque tandem administraturus est medicaminis genus, crebro ante oculos habeat, seduloque obseruet, ab hac ne latum quidem ut discedat unguem.

CAPVT VII.

DE Spagiricis vero dosibus, ut in Alcohol, Balsamis, & id genus alijs magnalibus, tale accipite regulam, quod verus illorum usus atque adeo fundamentum ipsorum ex tinctura proficiat, & est solummodo coniunctio Ephri-

*Ephilathera
id est particu-
laris.*

lathera, quæ quidem ad hunc debet mo-
dum considerari : Quòd in omnium
minutissima quaque gutta anatomia
microcosmi consistat. Quilibet enim
spagiricus gradus virtutis suæ tinctura
est, & cuilibet medico intelligendum
venit, in vnaquaque gutta quotquot e-
tiam sunt, tot etiam integras esse anato-
mias vt in microcosmo, & in elementa-
tis. Vt autem dignoscantur à vobis eius-
cemodi doses, scitote in vniuersa opera-
tione tres comprehendi solum diuisio-
nes, Elixir nempe, Essatum & Tinctu-
ram. Elixir dosim suam in sexta sibi mi-
nuta vendicat, Essatum verò in quarta
& dimidia, ipsa autem tinctura in cen-
tro consistit. Obseruandum dehinc e-
tiam, eiuscemodi extractiones secun-
dum corpus diiudicandas esse: Corpus
siquidem in suo specifico æquale est A-
res, atq; idem is Aniadus æquali opera-
tione, hic se diuidit etiam dosis in kare-
nas. Est vero karena vigesima quarta
pars minutissimæ guttæ, quæ tamen ci-
tra corpus in quaternionem abire ne-
quit, nisi maius aliquod adipiscatur cor-
pus ab eo verò corpore : temperatura
exit

*Karena vige-
sima quarta
pars guttæ.*

exit, dosimq; suam iuxta diaphinitatem
 exhibet. Vt autem ex arte hæc reperiās
 & dijudices, ex coloribus accipe: quan- *Color dosim*
 do quidem dosim color indicat: proin- *indicat.*
 de in hoc Karenæ quæri debent, & non
 in quantitate visibilis substantiæ: nam *Virtus in co-*
 in colore virtus est sita, citraq; illum *lore sita.*
 nulla virtus exire potest.

CAPVT VIII.

DE fixis porrò medicaminibus, vel
 per artem, vel per naturam, qua-
 les naturæ in his dinoscendæ sint
 doses obserua: Quicquid reuerberium
 sustinet, nec se in sua forma transmutat,
 vt vltima rerum materia, ad sexagesi- *LXVIII.*
 mum octauum vsque gradum porrigitur. *c. & XL.*
 Quod si verò formam mutet, in cen-
 tesimum & quadragesimum ascendit,
 totidem grana dosim constituunt. Que
 libet verò dosis, vnus gradus est, id quod
 etiam à libelli huius vestibulo abunde
 ostendimus. Quotquot enim grana ac-
 cipiantur ad pellendum morbum suffe-
 ctura, tot etiam vnum gradum consti-
 tuunt: In calcinatis autem communi- *cXXXVIII.*
 bus, centesima & trigesima octaua gut-

ta est: In acutis calcinatis post fulmen Athanor, vigesima quarta: In resolutis fixis, scrupulus semis: In coagulatis, renensis aureus: In alkalibus, vitellum oui pondus est: In transmutatis, quatuor fabæ nostrates: In oleis palea præter granum: In aquis, nucis testa: In reductis à prima materia Thoruscula pini: In transmutatis à prima materia, locusta populi: In corrosiuis singularibus, æqualis latitudo sui loci: In præcipitatis, minutissimæ monetæ pondus: In terræ liquoribus, lera hedulæ: In liquoribus, quæ semigranata: In thereniabin aeris, veluti spiritus ex flatu quo piam: In liquoribus ignis, simile pruinis grauis: Ab arbore maris, Kist minima: A resina terræ sesqui Kist: A natantibus, vncia semis: De homunculis, instar magnitudinis auellanae. Hæ doses ex fixis procedunt, & in summa Karenas à guttis citra noxam corpus suum concludunt, quocirca de fixis intelligenda hic est dosis.

*Thoruscula
pini id est
guttacius.*

*Lera ad 5 tipi
tas refertur.*

CAPVT IX.

QVæ de dosibus hæctenus tradita sunt, non omnia sanè, quæ fortas-
 se vniuersæ medicinæ necessaria erant comprehendunt, veruntamen vt-
 cunq; se res habeat, complexum in his esse centrum, atq; adeò radicem ipsam certum est. Expendat autem quiuis porrò medicus eruditionem suam, qui non tam sui quàm ægrotantium emolumentum studiosus esse debet, ex sola arte proficisci debet res spagyrica: Sed & in omnibus suis negotijs Ephallateros agat, tametsi omnia probe expertum virum desiderât, qui non solum solers, ac rerum (quod aiunt) caput compleuerit, sed etiam oculos, atque animum denique satiarit, non sibi ipsi tantum, verum etiam reliquis omnibus, quibus cum versari studet. Hi namque omnes, & tu, & illi medicum ex te faciunt, Quandoque ^a Archeus & eius ^b Taphneus ac vniuersa eorum proles ^c Iliaster & ceteri, per imperitum ac rudem dignoscisci medicum non queunt. Quicumque

a Archeus dispositio nature.

b Taphneus medicina mlâ data.

c Iliaster mercurius sulphur & sal.

enim eiusmodi cognoscere vult, ex Iliado atq; omnibus anatomijs probe & ad amussim eruditus atq; instructus sit necessarium est: oportet enim medicum tam in mente, quam in exterioribus suo fungi officio. Manus siquidem ac pedes, oculiq; ac lingua medicum efficiunt. Tum etiam, vt regatur ex Ares totus Ilech opus habet: Nam in hoc (mihî crede) sita est facultas, potestas ac tota deniq; ars medicorum.

DE

DE GRADIBVS ET
COMPOSITIONIBVS
RECEPTORVM THEOPHRA-

sti Paracelsi Liber Septimus.



CAPVT I.



ACTENVS quæ ad comparandam fabri- candamq; huius edifi- cij materiam attine- bant tractauimus, nũc demum structuram ip-

sam aggrediamur, idq; in hanc senten- tiam. Prædicti gradus, vt ad composi- tionem veniant, in primis notandum est: Quodlibet receptum eò dirigi de- duciq; oportere, vt æquales cum mor- bo vires habeat, ex quo gradum obser- uari conuenit, quo in componendis re- ceptis simplicia per se sola plus satis de- bilia sunt minus q; sufficiunt. Quibus equidem ita sese habentibus, sic institu- tum decet esse medicum, vt eiusmodi rationes quamoptime sciat, et veluti in prõptu habeat, videlicet: Vnũ idemq;

Regula.

*Arcanum
trecentis
herbis quan-
doque con-
stat.*

arcanum sæpenumero in plus minus
trecentas distribui herbas, quæ singula,
si in vnum conferas, tum demum perfe-
ctum atq; adeo integrum arcanum ad-
est: Quandoquidem, omne perfectum
medicamen arcanum est. Cuiusmodi
quiddam de origine morborum ac re-
rum natura ego instituo, sitq; porro ta-
lis demonstratio vobis exemplo: Que-
madmodum ferme plures, quàm ducentæ
februm species sunt, & tamen vna so-
la atque eadem per omnia febris est, ex
quo considerandum, vt in tot specie-
bus simili quoq; modo ipsa eiusdem di-
stribuatur cura: Nam quoties morbi
species, toties eiusdem è diuerso sim-
plex. Hinc duo oriuntur medicorum
genera: Alterum naturalium, Alterum
experimentatorum. Quocirca in hoc li-
bello nihil tam considerari debet, quàm
id solum, vt virtus in arcanum eat, &
quoties morbus, toties item arcanum,
& in speciebus nihil omnino agen-
dum, nisi forte naturali, quid v-
trinq; agant, sit perspe-
ctissimum.

*Arcanum
quid.*

CAPVT II.

PORRÒ autem obseruandum, hunc
 componendi modum in solis virtu-
 tibus consistere, vt hæ perfectæ &
 integræ fiant: Siquidem centaurea fe- *Centaurea fe-*
 bres pellit, simili modo etiam nectar al- *bres pellit.*
 buginis, sic quoc; harmel minus, & præ-
 terea plura alia. Verum enim uero in re-
 cepto bene componendo has virtutes
 in vnum conferas necesse est, vt quot-
 quot simplicia contra febres nata sunt,
 in vnum traducantur contrahanturque
 arcanum, id, quod tum demum contra
 febres arcanum est. Similiter est etiam
 in alijs morbis. Eodem modo consi-
 derandi & morborum gradus. sic ex
 dosibus proficiscitur compositum, hoc
 est, ex virtutibus. Præterea in paraly- *Cura paraly-*
 si, lauandula summum est magiste- *sis.*
 rium, nec non melissa quoque vini est,
 veruntamen illo minus sit, porrò alio
 in loco, idque in ipsa etiam paralyfi,
 vt melissa, quam lauandula sit potior
 multaque polleat virtutibus magis.
 Hinc sæpenumero cōtingit vt primū i-

demq̄ simplex in vno eodemq̄ morbo alterum iuuat, alterum nequaquā, nonnunquam verò aliquid morbo demit, nec ipsum tamen morbum idcirco totum sanat. Nam in paralyſi ipſum etiam aurum, ſi rectè adminiſtres, medicina eſt, nec non vticella, bethonica, maſorea, cum pluribus alijs: interdum enim ſumpta prodeſt bethonica, interdum non. Nonnunquam ſi caſtoreum vſurpes iuuat, nonnunquam vſurpatū, prodeſt omnino nihil. Alquando cæteris omnibus deficientibus, valet piper: Sæpe etiam pipere languente, adminiſtratum confert ſulphuris oleum. Accidit deinde nonnunquam, vt pinguedines reliquis omnibus in caſſum adhibitis, vſurpatæ proſint. Quocirca ſciendum, virtutes arcanorum in primis indagandas eſſe, tam in paralyſi, quàm in alijs morbis. Neque verò caliditatem, vel etiam frigiditatem ipſam, ſed ſolum ingenitum ab Iliaste
 natum.

*Maſorea au
 rucula miſ-
 ris.*

CAPVT III.

HAud dissimili modo est in cadu-
 cis quoq; in quibus etiam nō pau-
 ca sunt trium primarum species,
 quæ quidem totidem etiam contra ca-
 ducum species exhibent, quarum equi-
 dem alia nunc valet, aliàs alia. Item que-
 dam ex his alijs profunt, alijs tantū ab-
 est vt profint, vt etiam damnum vsur-
 patæ inserant, vt sunt, qui ex visco cu-
 rantur. Quidam ex corallis, alijs ex cer-
 uicola, nonnulli ex vitreolatis, & his si-
 milibus. Quocirca præcipua vobis hic
 fundamenta intelligenda tradidimus,
 quibus quicquid omnino solidi saltē
 superstruitis, haud facile corruet: nem-
 pe, vt Archæus ille naturæ, ante om-
 nia apprimè dinoscatur, cum in micro-
 cosmo, tum etiam extrà, hoc est, vtrorū-
 que anatomia, quemadmodum in ana-
 tomia mundi & morborum abundè sa-
 tis ego indico. Ex hoc namque vera ac
 solida cuiusque sania ac perfecti medi-
 ci excrescit eruditio, cui dein tutè, ve-
 lut sacra cuiusdā ancoræ inniti potest.

*Cervicola est
 species ossis
 de corde cervi
 vi.*

Sunt enim sæpenumero multæ res ad aliquẽ morbum iam vtiles & profunt, iam omnino inutiles & noxiæ, id verò compositum ex corpore dat, ad quod hunc fiat in modum, vt singula, quæ ad totum morbũ, vnà cum omnibus eiusdem speciebus attinent, nimirum hinc inde congerant, quo facto, omnes morbi species in vno illo comprehendantur composito. Nam, vt supra dictum est, quotquot morborum sunt species, totidem etiam simplicia, ex quo necessario sequitur, vt medicus natura libros componere volens, omnes & morborum & rerum species per anatomiam probe dinoscat. Nam tum demũ, & est, & dici medicus experimentatorumq; parens iure potest, idq; ea ratione, qua prædictum est, duplex esse medicorum genus, Naturalium & Experimentatorum. Naturalis ad telũ ictum vertere loriam scit, medeturq; per species. Experimentator autem suo innititur composito ab illo sibi præscripto, per omnia fere similis ei, qui bibere vinum nouit, excolere autem vineam nescit, nec tamen idcirco minus bene bibit atque is, qui

Duplex genus medicorum.

qui etiam probe excolit. Qua quidem ex re, hæc tria capita sic absoluta velim in hac, quod vnica ac vera vtriusque generis medicorū tam expertorū, quam inexpertorū basis, ex vtraq; cum morborum, tum etiam rerum naturæ anatomia cōstare oportet, sine qua quicquid sit, tam est improbum atq; audax, vt nihil sit magis.

CAPVT IIII.

SEd vt ad rem redeamus, eadē sanē via, qua prædictum est etiam hic notabis, nempe in Persica quoq; vim esse consolidatiuam: Nec minus in aristolochia: Et simili modo in plantagine quoque ac compluribus supra quadringentis alijs. Veruntamen horum vnaquæque suam nihilominus virtutem habet propriam, ac peculiarem quandam curandi energiam ac vim, quam, vel celerius, vel tardius, pro vt natura innatū est, medetur, modo hæc modo alia. Proinde hic notandum, quotquot in ipsa quoque chirurgia morbi (seu quas vocant passionēs)

sunt, totidem etiam è diuerso esse species: Haud dissimili modo temporum quoque ratio habet, vt aliud quidem curam aliquousque differat, aliud opem quamprimum admittat. Vnde obseruatione dignum est, veram atque adeo perfectam cuiusque vulneris curam, aut viginti quatuor horas, vel tres etiam dies, aut in maximis, nouem quoque necessario exoptulare, sed si etiam id quantumcunque temporis non sufficiat, quid tum postea, nihil certe aliud hinc, quam quòd simile receptum non probe (vt debuerat) compositum esse iudicabis. Sunt enim alia, quæ ratione quidem vnius solum diei ac noctis spatio curam accelerant: sunt præterea, quæ integrum etiam desiderant mensem, nonnulla vero annum transiliunt. Quæ quidem omnia ac singula simul in vnum conferas oportet, si ad præscriptum qualecunque tempus (id quod certissimum est futurum) curari vulnus velis. perinde etiam in hulceribus atque apostematibus eadem sunt tempora animaduertenda. Eiuscemodì laxatiuorum quoque ratio est, in quibus quicquid componi debet,

bet, præterea, quæ in superioribus libris velut suspensa manu tractauimus, hoc quidem pacto intelligendum est, quòd vniuersa laxatiua quotquot sunt, solummodo vnum etiam laxatiuum existunt, purgantq; per species, secundum autem complexiones nequaquam. Similiter & in confortatiuis, atque item alijs iudicandum est. Porro autem his quoque adijciendum censeo id, quod summa est obseruatione dignum, nempe, nonnulla quidem esse simplicia, que radicem atque adeo rem ipsam, quam proxime virtutibus attingunt in vniuersum: Ex quibus, puta quatuor, aut quinque, omnis virtus in vnum confici traduciue potest. Neque tamen idcirco in omnibus est hoc simplicibus, quando quidem etiam inter hæc non pauca abiecta (vt ita dixerim) ramenta sunt, que cum per se penitus nullius frugis existunt, inconcinnum quiddam atq; adeo superuacaneum velut abortum in ipsis statuerent vsurpata receptis: proinde hic in hanc concludo sententiam, Dece re eum qui perfectus & dici & vere esse medicus velit, vt principaliora illa ac

præcipua naturæ simplicia, ab inutilibus eiusdem (quæ dixi) ramentis probe discernat, ne prætentis his, aut minus intellectis, confusum quoddam rectorum chaos, id quod fieri solet, exoriatur.

CAPVT V.

HArum rerum omnium gratia Iliadus in anatomiam positus est, & quemadmodum coloquintida, turbit, hermodactili, lazuli, thereniabin, &c. se in suis separant operationibus, sic etiam Iliadus perinde, vt vtraque contineat anatomia se separat. Quamobrem neque colera, neque phlegma, nec sanguis, aut melancholia purgationis ergo consideranda sunt: Nam in solo sanguine purgando, vel supra quadraginta obseruanda veniunt: Similiter & in alijs quoque. Proinde ex anatomia numerus non ex humoribus procedat, necessum est. Vbi quoque sciendum, non in hoc doctum oportere esse medicum vt sciat quid purgare velit ac debeat, verum id solum animaduertat, vt anatomia laxatiua ad morbi anatomiam se comparet, plane

planeq; ex aduerso eat. Ex quo sequitur, id solum euacuandum, quod in anatomia contrarium, ac velut hostem agit: Neque enim in purgando quemadmodum visum est medico, res procedit, sed sicut naturæ, nisi ipsa placeat, vt qui lesbiam regulam sequi nolit: Nam ad amussim (vt prouerbum habet) applicandus est lapis non ad lapidem amussis, cui quidem rei, ita se accommodet medicus, neque prædictorū aliquid, puta choleram, vel phlegma vitetur euellere, sed solum id, quod naturæ aduersum est, aggrediatur: Quamquam omnes inter se virtutes discerptæ sunt, & nulla in se penitus integra est, id quod est in consolidatiuis prædictum. hæc namq; vulneribus medetur, illa rupturam sanat, alia curat vlcera, alia serpiginem, quædam autem syrones. Quod quidem vniuersum ex dissipata ac lacerata quodammodo proprietate naturæ, quæ sic dissecta est, vt nullam habeat integram virtutem, in se prouenit. Vera namque ac perfecta consolidatio, non rupturas solum & vulnera, sed etiam vlcera ac syrones, & quicquid denique

eius est generis curare debet. Sed quia distracta est virtus, alia in hoc valet, alia in alio, idcirco medicus in eo esse peritus debet, vt discerptum & dispersum illud, huc illucq; diuisum, in vnum rursus contrahat. Neque hoc in dictis solum, verum etiam in omnibus alijs virtutibus. Ad hæc cuique etiam elemento ad eum, quo matrix eius condita est modum. Nam anatomiam perfectè adiungat: vnde obseruandum hic, vt virtus totum curet morbi genus, quo perfecta anatomia simul consistat.

Perfecta anatomia sita est in virtute.

CAPVT VI.

Quemadmodum igitur dictum est de anatomijs necessarium esse in modo componendi, ita etiam porrò notanda est processus institutio. cum enim homo microcosmus sit, quatuor anatomijs comparari oportet, quarum quidem ea dominatur, quæ infensa est, & insidias struit. Atque hoc est lliaster: Idcirco in hanc sententiam, in mineralibus hæ anatomix consistunt ex quatuor elementorum matricibus.

Pro-

Proinde in confortatiuis inter alias exigua virtus, quæ omnium est, sumi debet in prima: in secunda verò quartum gen^o tereniabin: in tertia cheiri: in quarta saphirica granata: quæ si in vnũ componantur, aut tota cuiusq; matricis virtus simul conferatur, tum demum confortat medicina, quemadmodum Aniadus exquirít. Cum enim quatuor illa simul conueniunt, tunc anatomia perfecta aduersus eum est morbum, estq; tunc Aniadus balsamo naturæ similis, qui ex æquo tam curat, quàm conseruat. In harum namque rerum microcosmus integer quidem sit Ares oportet, id quod citra dictam compositionem nullo fieri pacto potest, quandoquidẽ in hoc liquor naturæ eiusq; virtus, quã venaris, consistit.

CAPVT VII.

Sed quia demonstratæ iam sunt virtutum facultates, obseruabis item, appetitu quoque non nihil laborare naturam. priusquam enim totus fiat Ares, inimictias quasdam in seipso ge-

rit Archæus per suum llech aduersus microcosmum. & pari modo intelligendus est, vt is, cui alia quidem sordet mulier, alia vero nequaquam, cum tamen sit in vtrisque vnum & idem, id medico considerandum non est: Nam vbiunque Archæus nauseam simulat, suamq; ipsius naturam ac opus proprium odio habet, in eo Medicus, vtputa eius minister, Archeicam illam abominationem frenare non potest. Quapropter in modo componendi, scire necessarium est sæpenumero contingere, quòd Archæus anatomiam suam vna quidem re, altera vero nequaquam vult habere compositam. Atq; is componendi modus spagiricis gradibus dinoscitur: Nam si in ea Archæus fuerit victus, hoc est, in suo llech, tum perinde est, atque si cui mulier non nisi splendido ac variegato placeat ornata vestitu: Nam hoc ex philosophia cognoscitur, ob nihil aliud constituta esse arcana, nisi vt tali ornatu cultuque erga Archæum vtantur: Idcirco etiam æpenumero arcanis nullam, nisi prius in se ipso deficiat permitti operandi facultatem.

Proinde

Proinde in supra dictis hisce solummodo uis atque efficacia cum Archei, tum etiam arcani intelligenda est.

CAPVT VIII.

Porro, ut tandem etiam de anatomia consolidatiua non nihil dicamus, quo pacto componi debeat, ut omnes in ea virtutes existant: Notandum quod hic semel accipiendus est totus maior anthos, nempe, qui non ex vna tantum matrice, verum ex quatuor prognatus sit, id quod de Tartaro dici potest: Quandoquidem ex eo separantur, non tamen fracturae incarnatiua, quemadmodum consolidatiua vulnerum, atque omnium denique ulcerum eiusque generis aliorum perfecta consolidatio, vnumquodque verò in propriam partem iuxta anatomiae distributionem: quaelibet autem pars id curat, quod anatomiae ipsius subiacet. Caterum anteaquam separatae sint partes, consolidatiuum ad omnes morbos chirurgicos est generale. In vno namque eo quadruplicia sunt mineralia simul, id quod omnibus medicinae candidatis summa est obseruan-

*Tartarus est
Maior Anthos
consolidatiuus.*

*Octuaginta
species mor-
borū curat
Cheiri.*

dum industria. Eiusmodi est enim cheiri quoque, quæ idem, etiam ex quatuor matricibus provenit, quadrupliciaque in se minusque Iliastis mysteria continet. Vnde super octuaginta quoque partes ab eo separantur, ad totidem etiam morborum species usurpandæ. Atque isthæc quidem sunt magnalia illa, quibus ego haud iniuria ex natura glorior, suntque horum adhuc etiam plura. Quocirca toties anatomix seriem ad præscriptum usum perstringere non est necessarium, cum in hoc vniuersæ per se comprehendantur.

CAPVT IX.

IN compositione autem omnia incarnatiua ex mercurio præcedere debent, similiter quoque omnia laxatiua, mundificatiua, cōseruatiua & quicquid huc attinet, vt integer balsami more conseruetur Ares. Quicquid autem porro aut confortat aut acuit, aut prolongat, ex sulphure fieri oportet. Præterea quicquid, vel incarnandi, vel corrodendi, vel consolidandi id quod semel apertū est munus occupat, ex sale mercuriali, hoc fit

sit necesse est. Sub his itaq; tribus, om-
 nium morborum cōprehendunt curæ.
 Quælibet nempe ex hisce tribus com-
 pōsita, vt in oculis, hoc sal esse mercu-
 riale oportet. Similiter in vulneribus la-
 xando, balsamo conseruando necesse
 est, per minimū corporis id fiat. Quic-
 quid verò præter hæc est, hoc totū sul-
 phur operat. Cæterum quicumq; horū
 trium anatomiam in suum llech contu-
 lerit, is arcanum habet eiusmodi, vt nul-
 lo præterea medicamine omnino opus
 habeat, tantum abest, vt post adeptum
 hoc, vel theoreticam, vel physicam subin-
 de peruestigare sit necessariū. Et quā-
 uis hæc qualiscunq; demonstratio ijs,
 qui se medicorum nomine passim ven-
 ditant, obscurior fortassis, atq; ob id e-
 tiā lectu inutilis existat, nihil moramur,
 neq; præterea eos alia dignamur respō-
 sione, nisi quod ob ipsorum imperitiā
 excusatos nos volumus. Itaq; quicquid
 post hac vel scripturi sumus vel quocū-
 que modo tradituri, hoc quale quale
 est, solis dedicamus (quos vocant) Arti-
 stis, quibus equidem, vel soleas (quod
 dicitur) abstergere non est digna facul-

*De magna
 composito.*

tas medica indocta. Verum interim tamen etiam rogatos velim iuniores medicinae candidatos, ne ista scribendi obscuritate commoti, vel terreantur, vel desperent: sed potius artes indagare spagyricas studeant, quibus edocti, huius scripti nostri rationem, atque adeo fundamentum abunde percipient. Praeterea ne quisquam hic nos iudicet nostrarum scilicet solummodo virium nomine, ut quae socijs suppetijs atque aliorum omnino ope careant. Ego enim vero arbitror, ac verè affirmare ausim, alios qui aduersus me libellum cui Laudanum sanctum titulus est, conscripserunt, nec semen ipsos quidem intellexisse, nec eos, à quibus ipsi suo tempore acceperunt vniuersa. Qui cum in me suis gerris debacchati sint, id quod risu plane (ut aiunt) Syracusio excipio, tantum abest, ut me male habeat, probè iam, cum libellum meum, tum etiam vniuersum medicinae meae fundamentum, non expugnatum modo ac laceratum, verum etiam penitus euersum autumant, & me quoque omnino iam oppressum sibi pessime persuadent, haud cogitantes, interim

terim & se & eos, à quibus ipsi sunt edocti, quibusq; innitunt, à me dudum antea superatos. Tametsi inter alia præcipuum hoc ad summū est eorum aduersus me argumentū, Sensisse ita veteres: Veteres ita scripsisse: Quam quidē veterum authoritatem non modo non magnifacio, sed etiā rem ipsam potius probè excutiendā, atq; ipsa quoq; scripta eiusmodi in seipsis sunt, exactè discutienda censeo. Et in hanc sententiā, tum ipsis cum ipsorum affectis responsum volumus, planeq; persuasum habemus, nō ipsos modo, uerum vniuersos etiam suos conatus, quoniā nauici sunt, instar nucis, quæ pridem fuit, pridemq; desijt, in nihilum abituros.

Explicit foeliciter liber Theophrasti de
Gradibus & Compositionibus re-
ceptorum ac Naturalium.

F I N I S.

S C O L I A
 T H E O P R A S T I P A
 R A C E L S I , D E P R Æ P A R A
 T I O N I B V S E T C O M P O S I
 t i s i n L i b r o s d e G r a d i b u s & C o m
 p o s i t i o n i b u s .



Podagra, fluxus phlegmaticus, generatus
 ex humoribus ex humido coagulato, aut
 sicco resoluto, & hæc eius sunt species,
 Gonagra, Sciatica, Arthetica.

Pharmacum contra podagram.

R. liquoris Mercurij preparati ℥ 1.
 Essentiarum hermodactylorum
 Foliorum Heldei an. ʒ 1. Dosis gr. viij.

Contra elementata ab extra ex humido
 coagulato.

R. olei de colchotar ex tartaro an. ʒ 1.
 Ex Mummia ʒ 1.
 distilla secundariè, & reduc ad formam vnguenti.

Cura eius ex sicco resoluto.

R. olei de Camphora,
 de Ranis an. ʒ ij. reduc ad præparationem Bal
 sami.

Paralysis

Paralyſis eſt materia de reſoluto ſicco, aut reſoluto coagulato à liquidis capitis ad nucham deſcendentibus. Species eius Apoplexia.

Cura abdita in podagra indurata, ex coagulato reſoluto.

R. alkali ex realgar, ex cantharidibus, ex clauellis an. ʒ. s. fiat coopertum ſecundum artem.

Cura guttæ ex reſoluto ſicco.

R. extractionis Lauendule, ſpicæ an. ʒij.
 Florum Cheiri
 Axungie de mummiæ ʒ iij.
 de Medullis humanis ʒ i. s. reduc ad formam.

Cura guttæ ex reſoluto coagulato.

R. extractionis de piperibus,
 Cardamomis
 Caſtorij
 Anacardis an. ʒ i.
 Olei laurini correcti
 Olei anethini correcti an. ʒ. i. s.
 Olei de nuce muſcata ʒ. s. reduc ad formam.

Iliaſtes eſt prima natura omnium rerum, conſtatq; & poſita eſt in hiſce tribus primis, Sulphure, Sale, & mercurio: ex hiſ omnibus actum habent.

Archeus uis eſt producens res ex Iliaſte, & Archeus fit diſpensator & compoſitor omnium rerum.

Ares qui diſponit naturam, florem, caulem, radi-

cem in essato suo, vt scilicet, res quælibet habeat speciem peculiarem ab alijs differentem, alioquin esset Archæus.

Matrices rerum quatuor sunt, quas vocamus Elementa, Ignis, Aqua, Aer, Terra.

Cherio est accidens elementale, scilicet, caliditas vel frigiditas rei.

Cheronium ergo est, vbi non potest alterari natura, sicut Christallus est induratum & non potest resolui, & sic de alijs.

Relollium est triplex, incorporatum, innatum & momentaneum. Incorporata sunt omnia mercurialia, videlicet Mercurius per se, Mercurius sulphuris, Mercurius Salium.

Innata sunt ex tribus scilicet, Consolidatiua, Mundificatiua, Confortatiua.

Momentanea Relollium mors est. Est enim improuisu relolleum cum timetura velocissima.

Iliastis diuisio duplex est, scilicet vitalis & formalis. Vitalis quadruplex est, ignis, aqua, aeris, terræ, & suum quintum esse corpus physicum. Hoc est, animal quodcunq; & homo.

In igne septem planctæ, in aqua septem metalla, in terra septem herbæ, in aere septem tereniabim, in Animalibus septem membra principalia.

Iliastis formalis quadruplex, vt testa, sphaera Galaxia, Zodiacus: & sunt ipsius ignis, aqua & lutum, Arena synochij, & sunt aqua. Terræ, lignum, semen, fungus, & sunt terræ.

Quatuor Ilech & sunt aeris ipsius Iliastis, cutis, ossa,

sa, caro, ligamenta, & sunt de quinto esse.

Egritudo duplex est, futura & accidentalis. De futuris morbis sunt omnes febres præter quotidianam. De accidentibus sunt species hydropisis, Ictericitia, colica.

Omnia apostemata externa futura, vt bluos gschvuer, reliqua sunt hulcera non apostemata.

In futuris morbis descriptio diaphoretica.

R. alcohol vini correcti mensuras ij.
 Mellis mensuras ij vel lib. ij.
 Zinziberis ꝓ iij.
 Theriacæ
 Mitridati
 Tripherae an. ꝓ i.
 Specierum bezoardicarum ꝓ s.

reduc ad formam.

Descriptio ad morbum ex accidente.

R. Mastichis
 Aristolochiæ rotundæ
 Liquiritiæ
 Angelicæ
 Sauiæ an. ꝓ ij.
 Terebin.
 Alchemillæ
 Lauendulæ
 Casti an. ꝓ iij.
 Chymolæ ꝓ vij. reduc ad formam cum saccharo Tabarzad.

116 IN LIB. DE GRADIB.
Medicamenta Elementata contra mor-
bum Terræ.

R. de liquiritia

Centaurea

Melissa an. reduc ad liquores.

Contra morbum Aeris.

R. tereniabin ꝑ ij.

Gamandree ꝑ s.

Cichoreæ ꝑ i. s. reduc ad formam.

Contra morbum aquæ.

R. alcachengij

Zinzib. an. ꝑ s.

Lauendule

Peucedani an. ꝑ i. reduc ad formam.

Contra morbum ignis.

R. de flore anthos,

Croci

Centaureæ an. reduc ad formam.

Elementum ignis est firmamentum coeli.

Ad ægri tudines Relolleaceas.

contra Hydrophorbiam.

R. olei de Scrapino

Apopanaco

Bdellio an. ꝑ ij.

Masticis clarificati ꝑ ij. reduc ad formam.

Ad Nattam.

R. Ileo ch. ꝑ ij.

Opiandri ꝑ s.

Liquiritie

Liquiritiæ

Harmel

Cicutæ an. ℥ i. s.

Olei de Camphora

Nenuphare ℥ ij. deduc ad formam.

Ad omnia vulnera corporis distillatio.

R. Tartari calcinati

Antimonij an. ℥ iij. reduc in flores, super funde vini ardentis ℥ s. & distilla per alembicum.

Constrictivum ad morbos dissolutos.

R. florum croci Martis ℥ i. Boli coagulati ℥ s. secundum paroxysmum.

De percussionibus cicatrisantibus:

R. Piperis vtriusq;

Cubearum

Cardamomi

Anacardarum an. ℥ s.

Derapis ex flamula,

Axungie, meches an. q. s. reduc ad formam.

Attractivum maximum in vulneribus:

R. Bdellij

Serapini an. ℥ i.

Thuris,

Mummie an. ℥ iij.

Cere lib: i.

Colophonie ℥ vi. reduc in emplastrum.

118 IN LIB. DE GRADIB.
Diaphoreticum theriacale contra pe-
stem.

- R. Alcohol vini correcti lib. iij.
Theriace bonæ ℥ vi.
Mirrhæ ℥ x.
Specierum descriptionis Saracenicæ ℥ iij. re-
duc ad formam.

Dosis est ab ℥ i. vsq; ad duas cum vino, vel aqua
maioranæ, vel melissæ.

De cura morborum ex forma specifica.

Primi gradus medicamina valent contra ascarides,
lumbricos, vermes,

- R. herbe perforatæ.
Betonice an. M. v.
Trocisci de agarico ℥ i.
Mirrhæ ℥ s. reduc ad formam.

Secundi gradus medicamina valent contra Epile-
psiam cum speciebus, & est morbus inclusus ex aceto-
sitate salis naturæ transuersus per paroxysmum, natu-
ræ est paroxysmus morbi.

Cura secundi gradus.

- R. aquarū vitriolarū cum correctione spagyri-
ca ℥ i.
Alcohol vini correcti ℥ iij. reduc in potum.
Dosis grana vij.

Tertij gradus cura.

- R. alcohol vini lib. i.
Saxinæ

Asplenij

Afflenij

Calamenti an. ʒ. ʒ

Macis

Croci an. ʒ ij. reduc in aquam per alembicum.

Dosis ab vna gutta vsq; ad quatuor cum aqua arthemisiæ.

Medicinæ quarti gradus.

Anthos medicina est extracta ex berillis à corpore suo.

Anthera medicina extracta ex hyacinthis.

Lapis physicus de prima materia.

Aurum potabile, hoc est oleū auri sine corrosiuis.

Tinctura, est quinta essentia de microcosmo.

Elixir medicina fermentata de septem metallis.

Compositio in quarto gradu in fine vitæ.

R. olei de Cheiri gr. iij.

de Anthos gr. vi.

de Anthera gr. iij. reduc in potum.

Dosis gr. v, uel xij. cum aqua uita.

Resolutio coagulati.

Reduc coagulatum in Alkali, et alcalisatum reduc super porphyrum usq; in distillationem.

Coagulatio ficci resoluti.

Reduc siccum resolutum in flaccum uitreum, fiat stratum super stratum cum calce uiua usq; ad mēsem.

Præparatio sulphuris.

R. sulphuris,

Olei mummie an. lib. s. reduc in arenam:

distilla per alembicū, & exhibit oleum album, et est
maximè frigidū: et rubeum, & est maximè callidū.

Spermatis ranarum præparatio.

Reduc sperma in distillatione solis, dein distilla per
alembicum.

Camphora vt in caliditatem transeat.

R. Camphoræ ℥ ij.
Salis communis ℥ i.
Salis gemmæ ℥ i. s.
Olei amigdalorum ℥ vij. reduc per alembi-
cum.

C orallorum ræparatio.

R. liquoris coralli ℥ i.
Salis gemmæ
Anatron an. ℥ i. reduc ad formam secundum
alembicum.

Oleum Iuniperi, Cupressi, Ebani
sic facito.

R. ligni lib. i. reduc in uiolam, distilla per alembicū:
distillatum rursus distilla per balneum maris, are-
næ & ignis.

Terebinthinæ siue bethin præparatio.

R. Bethin lib. iiij. reduc ad arenam, ab arena ad ignē,
& exhibit album, rubicundissimum et tenacissimū,
estq;

estq; balsamus ille de Archilais in septem primæ di-
stinctionis.

Gummorum præparatio.

Reduc per arenam post putrefactionē mensis phy-
sici. vis eius est ut supra.

Cura Cancri.

- R. Lytargyrij calcinati per acetum
de spiritibus realgar
Cinnabari triti an. ℥ iiij. s.
Chymolæ
Saturni
Martis an. ℥ ij. reduc ad formam.

Cura anthracij.

- R. Ileocho
Oleum de Camphora
Liquiritie
Solatri an. reduc ad formam.

Cura ignis Persici.

- R. Aceti per se ℥ iiij.
Camphoræ ℥ i.
Vitrioli ℥ s.
Aluminis de Rocha ℥ ij. reduc ad formam.

Sulphuris liquor albus ualet contra panaritium, hucera, aestiomena, herpeta, prunam, persicum igne, & apud antiquos lac philosophorum dicebatur.

Sulphuris liquor rubeus, ualet in membris paralyticis, contractis & consumptis, & similibus.

Omne distillatum semper unius puncti superioritatem obtinet, ultra primum oleum plumbi: gesodt bleij aschem.

Acetum camphoratum res est frigidissima.

Theriacin de Thion cadens in Vere uel aestate, & mane inuenitur in folijs arborum, cuius species est manna.

Ilech, lapis facilis ad scindendum est: differt enim ab amethysto, Electrum, Centorphe.

Idestrum sine composito non est. locho mosch.

Talk metallum est quoddam, scyffert, seu catfen schiffer.

Atramentum prope Colo, quo calciatores utuntur, Nebulgea, ex nebula creatum est.

Calena, species est salis petre.

Realgar mercurij est ex latrinis extinctum.

Electuarium dulcium rosarum, Rob uero acetosarium & Rob de Ribes.

Lapis lazuli quidem per se est blau farb, sed non est in eo color tingens.

Gluten, alias dulce non salsum, vulgo glijd ouasser, estq; humor nutritiuus.

Balsamus item nec dulcis, nec amarus est, sed gluten temperatissimum.

Tenacitas glutinis, Resina mineralis, ut therebinthina,

thina arboris pini. Spagyryus dicitur, qui à singulis corporibus purum ab impuro separare nouit, habetq; rerum experientiam.

Substantia uitæ & spiritus uitæ idem sunt.

Omne metallum, Mercurius est coagulatus.

Complexiones rerum, aut calidæ sunt, aut frigidæ.

In uniuersum porrò quæ calidæ sunt, etiam sicca. sic etiam quæ frigidæ sunt & humidæ, etiam si nonnunquam caliditate siccitas resolui potest, ut in petroleo: et in frigiditate humiditas coagulatur, ut in crystallo.

Gradus rerum quatuor sunt, iuxta ordines matricum: nam quæ ex terra, primi sunt gradus: quæ ex aere, secundi: ex aqua, tertij: ex igne quarti gradus sunt. Porrò qua uirtute singulo quoque gradu, seorsum aliud alio uincitur, punctorum est, non graduum.

Complexionum cognitio.

Duplex est, per colorem scilicet & formam: per colorem denotatur caliditas & frigiditas, per formam siccum esse resolutum, & humidum coagulatum.

Color citrinus, rubeus, viridis, caliditatem designat.

Color lazuris, albus, fuscus, partium frigiditatem designat.

Caliditatem tollunt hæc quæ sequuntur: Oppiata, annodina, stiptica, Accetosa.

Frigiditatem tollunt Pontica, Amara, Cicatrisantia, Corrosiua, Abstersiua, Laxatiua.

Caliditatis & frigitatis signa facile apparent sicut & humiditatis & siccitatis ex iam dictis in rebus Ele

mentorū: Vix autem Relollacea sola experientia, sicut in Hippericone à rima quidem natura habet, quod calida est & sanat, sed relolleum Hypericonis accidens, quod sit vermibus inimica herba, Quandoquidem pueris vermes habentibus, si ad collum suspendatur, omnes expellit, sicut in caseis vermicularibus videre licet.

In quolibet Confortatiuo, non est curandum calidane res sit an frigida, sed arcani vis consideranda.

Oleum Hypericonis curæ vulnerum optima est.

Hyosciamus synocham curat.

Iterum Melissa omnes virtutes corporis restaurat polliq; podagram.

Diaphoretum, id est penetratiuum quod penetrando curat.

Sal Ammoniacum, compositum est ex vrina & fuligine.

Radices de Rapis sunt radices de flammula, nam per se tantum flos est flammula.

Auripigmentum duplex, naturale ex tribus primis: Artificiale ex sulphure & Vitellis ouorum.

Serpentina excellenter habet in se virtutem Mercurij.

Ulcera omnia nascuntur ex resolutione salium, Quæ omnia sicut & apostemata per Mercurium curantur. Eius tria sunt genera, metallorum, herbarum, & Resinarum.

Colloquintida in se crocum tincturæ habet, estq; in quarto gradu. Bona purgatio omnium humorum. (modo eiusdem sint gradus.) sed morbum secundi aut
tertij

tertij gradus minime pungaret, tolleretq; secum partem suam ab intestinis. & sic quoque dicendum de alijs.

Vitriolum purgat in quarto gradu omne excrementum, quod naturam à se propellit, ut est Rech, ster-
cus, urina.

Scammonea si detur in Lepra suspecta purgat quidem si non omnino infectus fuerit. Quod si non purgat, actum est de semine illo.

Artemisia curat mulieres impregnatas, quæ Menstruum habent.

Elleborus pellit per uomitum in quarto gradu.

Titimallus per secessum in quarto gradu.

Elleborus Iusta arcanum suum optima medicina est Epilepticis.

Duo Coria circa Cerebrum, interius; pia Mater, posterius dura mater vocatur.

Cruor est sal egestum, id est separatum, & reiectum in primo sale.

Aer perfectius corporis membra quælibet transit.

In Caput Quintum libri tertij.

Non est quisspiam hominum dicendus Melancholicus, Phlegmaticus, Colericus, Sanguineus absolute: nam sanguineus est omnis homo, cum sanguis sit pars corporis: Quapropter dici debet aut Mercurialis, aut sulphureus, aut salsus à prædominatione. proinde notabis ut quod illi Choleram, tu Sulphur rubeum dicitur. Quod illi Phlegma, tu Sulphur album cum salibus

resolutis. & quod Melancholicum dicunt, tu Mercurialem humorem dicito. Porro quod ipsi sanguinem purgare dicunt, falsum est, sed pro ea pharmaca purgant naturam salis de Alumine, & magalia genera. Est autem magalium genus quidquid fit ex mineralibus, quod ex oleitate consistere potest. Proinde quælibet pars corporis non purgando, sed mundando curatur. Est autem pars corporis sine qua corpus perfectum consistere nequit.

In caput viij. libri tertij.

In quoto gradu quilibet morbus est, in eodem gradu recipiantur medicamina, & non secundum quotã complexionem.

Sequitur Emplastrum pro fracturis & ruptura.

R. Consolida
 Aristolochie rotunde
 Alchemille albe an. ℥ vi.
 Aristol. longæ ℥ iiij.
 Therebinthine ℥ . fiat decoctio supra membrũ lesum. Caue in fracturis à bolo et terra sigillata.

Potus vulnerarius.

R. uini mensuras iij.
 Centauree ℥ s.
 Alchemille
 Peruince
 Serpentarie an. ℥ viij.
 Diapensie ℥ v. fiat decoctio uulneralis.

Oleum

Oleum uulnerale.

- R. Olei communis ℥ viij.
 Florum Centaureæ
 Prunellæ an. ℥ i.
 Hypericonis ℥ s. ducatur in oleum in sole.
 Hypericon, maximè oleum eius, sufficiens est medicina in omnibus uulneribus: sic prunella, therebinthina.

Puluis apostolicus.

- R. Aristolochiæ Rotundæ
 Consolidæ maioris an. ℥ s.
 Herbarum Chelidoniæ, serpentinæ. omnium partes æquales. misce. fiat puluis.

Emplastrum Summatum.

- R. Serapini
 Bdellij
 Opopanacis
 Galbani an. ℥ i. post colaturam adde
 Masticis
 Thuris
 Mirrhæ an. ℥ iij.
 Cerae albæ ad pondus omniū fiat emplastrū.

Emplastrum mummiatum.

- R. Cera lib. s.
 Picis naualis ℥ iij.
 Aristolochiæ Rotundæ
 Consolidæ an. ad pondus medium

Olei artificialis ꝯ iij. fiat emplastrum secundum artem.

Brassatella herba est maximæ uirtutis incarnandi.

A medicinis ex quarto gradu, seu rebus ultimæ uirtutis compositis, facile interfici potest patiens, idcirco cautè circumspecte.

Aranea nobilissima medicina in tertiana bene administrata.

Inuolutata aranea super thoracem cordis uel stomachi positus, curat tremorem: und uirtt aranea gleich einẽ goldt.

Oleum scorpionis curat omnia uenena à stellionibus profecta.

Tyrus serpens solus medicamina ingreditur.

Cantharidum parum sumptum urinam prouocat uehementer.

In primo gradu neque nocent, neque iuuant res quælibet.

Reuerberata secundi sunt gradus, Calicinata tertij, Sublimata quarti.

In Caput x. lib. Tertij.

Ars Spagyrica docet, purum singulum cuiuscunque substantiæ separare ab impuro. Nam uirtus et natura cuiuslibet rei operatur, non autem ipsa substantia. Docet itaq; ars ista facere exaltationes in gradibus usq; in oppositionem. ubi namq; desinit natura, Spagyricus incipit. Cum purum ab impuro separatur, fæces quæ remanent nihil omnino ualent. Primo igitur

igitur fiat separatio puri corporis ab impuro, estq; tunc in secūdo gradu, scilicet operatiue uirtutis. Deinde sublimatio separat corpus illud puratum à puriori per digestionem, scilicet, so tu last digerieren, & supernatantia semper dispone, quousq; desunt, estq; reliquum in tertio gradu, postea distilla in sole, eritq; in quarto gradu. Remanebit autē à lib. viij. uix 3. i. aut paulò plus.

Substantia cuiuscunq; rei cuiusuis gradus reducēdo in liquorem, & sic est in primo gradu spagyrorum & non antea: suntq; omnia calida: nam quantumuis res sit antea frigida per se, cum ad manus spagyrorum venit, calida est, nec vlla remanebit frigida: nam gradus spagirici elementorum sunt corruptiones.

Quòd si aliquid in prima separatione puri ab impuro remanebit frigiditatis à primo.

Ilech est certè non ab elemento suo, quod hic purum abstrahitur.

Libri Quarti cap. primum.

Caue in excrementum hominis, nullum medicamentum queras, vt aliqui deierant. Arcanis tantum mederi debes, (septem membris principalibus) quod nullius sunt complexionis. Quoduis principale membrum læsum, mortem infert presentem: nam vbi vnum horum septem, inficitur, mors est in olla, caue ergo.

Omne quod confortat Cichorea dicitur, etenim quā nos Cichoreā vocamus, nō est ea de qua hic loqui

mur. Membra principalia non per se, sed per accidens, quiddam patiuntur: aufer ergo accidēs & sanasti.

Verbena citrina summū Arcanum habet in hepate, & in passionibus alterius elementi.

Sicut Thereniabin gummi cadit in locis aliquibus in fine Aprilis, sic quoq; ex Bocellis conserua membra principalia & non facile mors euenit.

In cap. 3. lib. 4.

Si vitam velis conseruare non solum cor in esse suo conserues, sed etiam Cerebrum, hepar & pulmonem, reliquumq; quiduis in esse suo. Nam quamuis cor sit centrum ipsius corporis atq; radix, tamen quodlibet membrum principale destructum adfert mortem.

Melissa omnium quæ terra producit optima ad cor herba est.

Antimoniū omnium aquarū cordiale maximū: Restaurat enim cor, & renouat totū corpus, sic & aurū cordiale est.

Nuba quoq; mannae species est, coloris Rosinfarb in Hibernia copiose inuenitur.

Omne fumigans in excrementis pro cerebro est.

Cerebrum, radix est omnium ligamentorum, Cor, mēbrorū, Hepar sanguinis. proinde principalia cōserua, & minora ab illis proficiscentia conseruasti.

Hepatica sunt capillis veneris, Manna, Gamandrea, Betonica.

Vrinam prouocāt Meleos, satirium, non nostrum, sed verum.

Zibetta pinguedo est & schmeß voll. Crescit circa renes zibeta.

Vitam

Vitam longam conseruant Corallus rubeus, spodiū, unicornu, plumbum, calcis non adusti, sed mutata in liquorem. Ideoq; etiam spleni conueniunt.

Longe aliter senes curantur quàm iuuenes. Ireos, sucastrum, hyssopus, pulmonaria sunt præcipua per quæ fel regatur, & per ea quæ habent Diaphanitatem in se, vt sunt Myrrha, Anthos, crocus martis, crocus hortensis orientalis.

In Caput quartum lib. Quarti.

Apud Spagyricos sol est aurum. Vnum sunt Luna & argentum.

Lunaria vel cerebella sunt conseruãtia cerebrum.

Qualitas apud spagyros est omne id quod membrum quoduis principale defendit, vt in cerebro inter piam matrem & ipsum cerebrum.

Quisquis ante debitum tempus canescit, ipsius cerebrum patitur aliquid.

Excrementa cerebri non possunt in Stomachum pertrahi, nec debent, sed quodlibet membrum purgari debet per suum emunctorium.

Lunaria herba maximum adfert phrenisi & manie remedium, quæ in cerebro consistunt.

Præterea omnis herba confortans cerebrum, hoc nomine vocari potest. Ceterum in phrenisi & mania per calida cura, nullo modo perfrigida.

Omnia fixa quibus ignis non nocet splenetica sunt, vt si esset aliquod arcanum in calce, id diceretur fixum, sed calex per se non est fixum. Coralles sunt fixi, ergo splenetici: Quia eorum virtuti ignis nullo modo nocere potest.

Corneolus, corallus, Hematites sanguinem sistunt
manibus inclusa,

Pulmonaria cum substantia & corpore vtenda.

Quicquid generatur ex Gybeta maximum reme-
dium in renibus: sic etiam castoreum.

Liquor vitrioli optimum est in felle, & est oleum
de Colchotar.

Liquor lunariæ ex calidis fit Arcanis.

Essentia Melissa, id est, liquor. sic quoq; de alijs in-
telligit.

Mysterium ellebori nigri, scilicet de folijs ellebori.

Vsnea propriæ est lungen kraut (Pulmonaria) in
arboribus crescit.

Florum Chelidonij.

Viriditas salis, id est, liquor.

Thubeheleph, est compositio ex corallo albo &
Carabe

In caput sextum lib. quarti.

Scironares est Autumni.

Nuba, secunda species Thereniabin.

Ilech, materiale quodlibet compositum ex tribus
imis.

Hallereon, iuxta Hermetem uera Aquila est.

Quod edimus aut bibimus cōmuniter aut omnino
nihil, aut parum arcani in se habet.

Halcyon inter omnes aues plurimum in se habet re-
rum arcanarum.

Ilech crudum, compositio ex prima materia trium
primarum.

Ales crudum, guttulæ sunt cadentes sæpe in nocte mense Iunio.

Oleū Mercurij & sublimatus Mercurij differūt.

Oleum cum corpore, essentia sine corpore, id est liquor quicumq; in sulphure essentiæ.

Flos æris, id est, uiride æris in chirugia.

Rubedo de nigro uidelicet schuartz talck.

Ametistes & ametistus differunt.

Marcasitæ utræq;, id est rubræ et citrinæ nõ albæ.

In caput x. libri quarti.

Nullò utaris superfluo in rezeptis.

Omne quod intrat rezeptum minerale est, & eorum proprietate curatur.

Quo plura conueniunt in rezeptis simplicia uel composita, eo indoctior medicus præscribens: nam nullum rezeptum ultra sex simplicia in se habere uniuersaliter debet.

Lienteria morbus mortalis, iacens in renibus, non nisi tamen sanis absq; membri principalis conseruatione non potest curari morbus.

Harmel drikkoernez non ultra grana x. uel xij sunt, nec hellebori dosis ultra sex grana, quod si in uino non ultra ʒ i.

Spasmus post sumptum hellebourn, mortale signū est.

In Caput secundum libri Quarti.

Quodlibet laxatiuum in se duo habet mala, alterū quod debilitat, alterum quod plerunq; plus secum eua

cuat, quàm par est. ea igitur præcauenda.

In primo gradu non est opus confortatione contra debilitationem laxatiui.

In secundo gradu conforta cum cinamomo, gario philis, zedoaria, calamo aromatico, zinzibere, & similibus.

In tertio gradu per nucem muscatam, folium Indigrana Iuniperi.

In quarto gradu per terram sigillatam, corallum rubeum & album, carabe, sericū crūdum, os de corde cerui.

Vt autem mitiges laxatiuum, utere anodimis & narcoticis.

Omne igitur laxatiuum constet tribus certis energijs (soll salb dritt sthen).

Laxatiuum cordiale.

R. Colocynthidæ
 Hellebori nigri
 Hermodactylorum an. ʒ i.
 Diagridij
 Zedoarie
 Nucismuscate
 Coralli rubei an. ʒ s.
 Theriace optimæ q. s. pro massa formanda.
 Dosis ʒ i. usq; ad ʒ i. & ʒ s.

Quum vis per vomitum purgare signa obseruabis

Virgo, Aquarius, Pisces. sic etiam à proprijs argumentum

gumentum sumitur.

In ulcerationibus non purges cum scammonea,
quia nimis uehemens.

Crocus Martis confortat.

Cyclamen hirtzbrunst optimum laxatiuum per
poros.

Vomitium vlcera habentibus in ori-
ficio stomachi.

R. Precipitati $\text{℥} \text{ i.}$

Theriace $\text{℥} \text{ ij.}$

Macis $\text{℥} \text{ s.}$

Fiat mixtura in modum electuarij.

Dosis à $\text{℥} \text{ i. ad } \text{℥} \text{ ij.}$

Per secessum.

R. Florum Centauræ $\text{℥} \text{ i.}$

Hipericonis $\text{℥} \text{ s.}$

Corallirubei $\text{℥} \text{ i.}$

Succi papaueris albi pro incorporatione ad
massam solidam.

Dosis est à $\text{℥} \text{ iij. ad } \text{℥} \text{ vi.}$

Rebi sola ita fit: Vrinā exactè despumato dan laß.
hijbschlich sthen in triduo, postea absq; igne stet tri-
duum in cacabo, sal. so vuerstt es ein steinlein, estq; ar-
canum in icteritia.

Centaurea sic etiam arcanum in icteritia habet.

Nectar compositum ex claro & correcto.

Laruscus, id est auricula muris.

In caput quintum lib. Quinti.

Epilepsia est morbus caducus qui uisco quercino interdum curatur.

Peoniam si præparas, habes arcanum Epilepsie.

Balsamus confici potest ex gummis & resinis.

Guaiacum lignum, uerè lignum hebenum est.

Ulcerationes omnes tam intrinsecæ quàm extrinsecæ ex salibus mineralium ueniunt.

Nulla modo curatur morbus per contraria, sed quodlibet suo simili.

Consolida regalis, schvuerdt vurtz, aut ritter sporen in vucim gsotten auf den bruch der nicht offen ist gebunden mit hartz, optimè curat.

Sophia in ruptura summum arcanum.

Brassatella in ulceribus.

Omnia ea quæ in membris principalibus conueniunt sunt ex planetis. Curant etiam uulnera, si sunt incarnatiua.

Per membra principalia uulnus curari debet, ut capitis per cerebella, hepatis per hepatica: & sic in alijs.

Emplastrum sine gummis nihil ualet.

Corrosiua in cancerosis utilia, si simul sunt incarnatiua, ut Arsenicum, Mercurius, Præcipitatus.

Prima species syphitæ, id est vitz dantz.

Nullus splenis morbus ad splenem ascendit.

Splen membrum est insensituum, nec ullo membro principali curari potest, nisi solo splene.

Tota corporis substantia est terra ex elementis

terra

terre est, non ex splene neq; melancholia.

Ex cura nascitur Theoria, non contra, iuxta Theophrastum.

Hydrops non uenit ex quartana uel melancholia.

Post quartanam si pedes inflati sunt, desijt terre elementum pati in corpore.

Morbus elementalis alium inficere potest.

Cura in Hypofarcha, ex Quartana.

R. Alkali de absinthio

Visci querciniani ʒ i.

Liquoris de Camphora ʒ s. misce.

Alkali de absinthio est absinthium combustum, & ex cineribus fac lixiuum, pest sied es in, & in fundo inuenies alcali, sic etiam de uisco quercino.

Boxus est mistel non uiscus: uiscus enim proprie est gsotten hartz, tunc protrudet de locustis arborum, pini, abietis, querciq;.

Ex elemento aque non nascitur hydrops, sed ex terre, proinde ex terra prodeunt medicamina.

Neq; timor, neq; gaudium sedem habet in corde, sed in cerebro.

Letitia autem sola in uenis, id est sanguine suum habet locum.

Ex timore accenditur sal, & facit congelare sanguinem, unde epilpsia.

Cura in morbo caduco.

R. seminis peoniae

Rutae an. ʒ s.

238 IN LIB. DE GRADIB.

Liquoris uitrioli ꝓ ij. reduc in potum.

Liquor uitrioli est arcanum optimum in morbo ca-
duco.

Ex planetis ꝓ iiij. nec plus nec minus.

Ex Narcoticis ꝓ i. uidelicet quartam partem.

FINIS SCHOLIORVM IN
libros V. de Gradibus & Compo-
sitionibus.

ERROR.

In præliminari Epistola huius libri er-
ror cõtigit non leuis, vbi statim à princi-
pio Istos cum maiuscula scriptum bene
est: Illos vero, quod similiter maiuscu-
la scribi debuisset, minuscula i fuit im-
pressum,

PERITISSIMI
 ET ERUDITISSIMI
 SYNCERÆQUE VERITA-
 TIS VINDICIS, THEO-
 phraſti Paracelſi, liber de duplici
 Anatomia.

Cura & vigilijs doctoris Adami à Bo-
 denſtein, collectus & publicat^o, cuius e-
 piſtola præfixa ad Reuerendiſſimum
 principem & dominum, dominum
 Gulielmum Beckli à Beckliſſavu, de-
 monſtrat cauſam æditionis,
 ſummamq; totius tra-
 ctationis.

*

* Ανέχε και ἀπέχε. *

REVERENDISSIMO PRIN-
CIP I AC DOMINO, DO-

mino Vvilhelm Beckli ab Beckliffou, prima-
rij Archiepiscopatus Magdeburgensis Cano-
nicorum præposito dignissimo, principi cle-
mentissimo, Adam à Bodenstein philosophiæ
& medicinæ Doctor, Salutem per IESVM
CHRISTVM precatur.



ONSTAT uetustissimam esse consue-
tudinem & ubiq; gentium à bonis uiris
non sine magnis causis comprobata,
amplissime princeps, ut libros ædituri in
lucem, dedicarent & ascriberent hominibus, qui uir-
tute, autoritate & potentia longè ceteros præsta-
rent. Primi enim homines rudes & simplices, spar-
sim cum habitarent, quoties uel res diuinas, uel natu-
rales, uel mores honestos docerent, suam doctrinam
confirmabant magnorum uirorum autoritate, quos
etiam Heroes & Deos uocabant. Talium ergo calcu-
lo scripta aut institutiones comprobata, cunctis uide-
bantur uera & utilia: Hac ratione complures coniu-
gebantur arctissimo necessitatis uinculo. Deinde au-
tem, ubi hominum uitia uehementer excreuerunt, &
inuidia contentionibusq; cœperunt flagrare, prauis fa-
mosos libellos, in magistratum, certasq; personas sup-
pressis authorum nominibus scripserunt, factum est,
ut non modò omnes cogerentur sua nomina scriptis
addere,

addere, sed etiam certis doctisq; uiris eos tanquam foetus siue animi proprios fructus iudicandos offerre & dedicare, ut ita extinguerentur hæc genera scribendi mala. Tertia accessit causa, etiam non leuis: Quum nihil sit ita sanctum & perfectum, quod non maleuolorum dentibus rodatur, quæsiuerunt sibi huiusmodi dedicationibus patronos, qui cum suis, ab inuidorum omniumq; sycophantarũ calumnijs & morsibus uenenosis, ipsos tuerentur. Quod Pythagoras philosophiam ex Aegypto in Italiam traducens ubi negligeret, coactus est Seruio Tullo regnante, sibi cœnobium instituere, & clam docere, unde à potētibus eius schola & doctrina sublata est: Magnum enim & præclarum est, magnis et laudatis uiris placuisse. Postremo, excellentissimorum etiam uirorum mores totamq; uitam conati sunt eiusmodi dedicationibus, tanquã optimis testibus confirmare, & uitam, studia, totamq; familiam posteris imitanda proponere, quo constaret, quibus in officijs, quantoq; animi uigore uixerint, & qua ratione potissimum excoluerint animum, hominis præstantissimam partem: Non enim omnibus omnia conueniunt, at similia similibus rectè coniunguntur. Ego etiam magnifice præsul, cum omnes dedican di causas ponderarem, & mecum diligēter deliberarem, cuiusnam patrocinio hoc opusculum doctissimi uiri Theophrasti in publicum prodiret, primus haud immerito occurristi, qui autoritate propter generis eximiam nobilitatem, & singulares tuas uirtutes plurimum apud omnes polles: Quis enim non admiratur, illam præclaram tuam iuris scientiã & simul cer-

tam experientiam longo usu comprobatam? qui totum ius ita in actiones honestissimas produxisti, ut uideatur illud in te uiuere: Quis etiam non amplectitur & prædicat tuam in familiaribus colloquijs & negotijs suauissimam comitatem & humanitatem? in publicis, summam prudentiam: fortitudinē in rebus difficilimis administrandis: in consilijs dandis afflictis & oppressis iuuandis miram promptitudinem? quæ uniuersa cum alijs præclarissimis donis, inuictissimus IMPERATOR CAROLVS QVINTVS considerans, præ cæteris uiris nobilissimis, te in rebus administrandis sibi auxilio esse uoluit, tribuitq; officium ut uicem teneres Marschalcki imperij, quo plurimos annos maxima cum laude functus es. Sed hæc, quia non solum omnibus Germanis, uerum toto orbi notissima sunt, ne mea oratione ieiuna, tuarum uirtutum laudes potius extenuem & imminuam, quam amplificem & extollam, nihil de ipsis dicam præter hoc unicum uidelicet, quod cernam eas uehementer exornatas egregia naturalium rerum cognitione, qua ueluti lumine clarissimo non solum præluces uiris generosissimis, sed etiam doctissimis, qui sese philosophos profitentur. Hæc aliaq; nonnulla inquam animo dum uoluerem meo, & medicæ artis sciētissimi Theophrasti librum de Anatomia statuerem omnibus communicare, nullus inter omnes mihi uisus est patronus futurus commodior ipso, qui & rem intelligeret, & eam secilē nominis existimatione tueretur. Quod consilium & propositum meum, ut ad finem perducerem, non potest dici, quantum uir eruditione non uulgari, prudent-

prudencia & sapientia admirabili, dominus HEN-
RICHVS FALKNER, clarissimæ urbis BA-
SILIENSIS Cancellarius dignissimus, doctorum
uirorum Mecenas optimus, me incitarit, & currenti
(ut prouerbio fertur) calear addiderit, quoties tui
mentionem facere solet, cuius authoritas non imme-
ritò multum apud me nostrosq; ciues ualet: Nam & i-
pse optime meretur de nostra Rep. & maiores ipsius
summas dignitates nacti plurima beneficia in ipsam
contulerunt. Hic inquam uir grauis & facundus, ual-
de tuas solet prædicare uirtutes, & specimen earum
præsens ostendit: Quoniam tradidisti ipsi aquam Chy-
mica arte extractam, quæ homines crudelissimo mor-
bo Apoplexia correptos & prostratos, cito reficit, ac
plerunq; erigit, ut aliquoties in nostris ciuibus magno
commodo & multorum admiratione experti sumus:
Quia in isto multisq; alijs morbis exquisitis, cernimus
euentissimè, crassam nimisq; compositam illam me-
dicinam parum aut omnino nihil prodesse: At synce-
ram & subtilem, à fecibus suis purgatam, celeriter pe-
netrare uiresq; salutare demonstrare. Hæc enim est
anima & uita rerum, quæ pauca existit quantitate, a-
ctione autem ampla & ingens, ut indies magis ac ma-
gis experientia iudicandi ratione certissima disco:
Nam aliquot annos (ut ingenuè fatear) hanc præstan-
tissimam physicæ partem, insaniens cum insanis odio
persequutus sum, quòd allegoricè & occultè scripta
non intelligerem, nec ipsas rerum iucundissimas for-
mas uiderem: Nunc autem aliquo illustratus lumine,
quotidie magis magisque huius rei speculatione coniun-

Et actioni, incendor, uideoq; (modo uera fiat separa-
 tio rerum arte Spagyrorum) res inueniri suauissimas
 & utilissimas, in quibus contemplari licet mira omni-
 potentis Dei opera, quæ pleriq; dum non uident nec
 intelligunt, turpissimè rident & contemunt: igno-
 rantia etenim horrida bellua semper ueræ scientiæ re-
 pugnat, & prauus animus pauca cognoscens, omnia
 persuadet sibi se scire, & quæ ignorat arbitratur ea
 aut non esse uera, aut nullius momenti: Natura enim,
 mali blandiuntur sibi, suisq; uitijs fucum quærunt, &
 cristas erectas difficilimè demittunt, qui profecto non
 concedent, nos ex melle sincero aquas & olea distilla-
 tione unquam posse separare, quod tamen re uera effi-
 cere nouimus. Quid dicerent, si oculis cernerent sales
 cuiusuis generis ascendere alembicum, ut sapor & o-
 dor permaneat in aquis. Hac arte salis armoniaci a-
 quam extraximus, quæ retinet acorem, totumq; sapo-
 rem sui salis, & est summè penetratiua, adeo ut au-
 rum ducat siue dissoluat in uerissimum liquorem, fer-
 mè cerulei coloris. Corallos paucis diebus, re, rusticis
 & pauperrimis notissima uilissimãq; non toxica, na-
 turaliter dissoluimus, & in limpidissimum liquorem
 uertimus, qui nemini nocet, & omnes corporis partes
 celerrimè penetrat, easq; naturali uigore reficit. Hoc
 profecto modo coralli debent sumi, non silices aut im-
 minuti, aut in puluerem digestionem non subiectum re-
 dacti, qui ut sumuntur, ita eijciuntur absq; ulla conco-
 ctione, & ipsorum natura integra, postquam corpus
 penetrarunt, permanet. Et si concedamus aliquid ip-
 sos corallos siue calculos, corpori humano prodesse,
 qui

qui unà cum excrementis eijciuntur, quanto magis ipsa substantia, anima, totaq; uirtus resoluta, & ita preparata, ut facilimè integris qualitatibus omnia membra queat transire, & re ipsa pro sua natura corpus recreare, & conseruare, nocentia arcere & abigere? Quæ licet magna & utilissima sint, tamen longè mirabiliora utilioraq; reperiuntur quotidie. Inuenimus artem, qua, hominem uiginti integros annos laborantem morbo caduco, liberamus. Medicina hæc adeò est mitis, naturalis, corporiq; conueniens, ut eam sanus bibo absq; ullo incommodo. Quid obsecro, mirabilius & efficacius in morbis curandis, quam olea uitriolata, colchotaris, antimonij, sulphuris, uini, & aliorum complurium? quorum effectus uarij & præclarissimi describuntur, cum alibi, tum in Theophrasti libellis de uita longa, quos anno proximo Serenissimis & Amplissimis Dominis meis VENETIS, obtuli, typisq; mandauit. De his oleis medijsfidius multa passim scribuntur falsa & uana, ut experientia didici: Quo fit ut etiam homines profecto non pauci, prudentes & eruditi, inq; arte hac non mediocriter uersati, nunc sint persuasi, hæc aut nunquam posse fieri, aut humano ingenio non inueniri: Vnde præter suam opinionem aliqua si uideant, ualde mirantur, quorum è numero est uir genere nobilissimus, rerum experientia peritissimus, Dominus VINCENTIVS MAGIVS BRIXIENSIS, ciuis Basiliensis, & amicus noster charissimus, qui sæpe me inueniens Chymica tractantem, in magnam adducitur admirationem, quod uenerandæ senectutis iam septuagenarius ani-

maduertat miros effectus rerum arte preparanda-
 rum, & intelligat maximas & efficacissimas vires in
 corporū penetrabilibus latitare, quas Deus omnis boni
 causa, hominibus per certos artifices utendas tradit.
 Hec liquor ille tuus, cuius antea fecimus mentionem,
 manifestè in paralysim, morbum difficillimum probat:
 Ex quibus non duntaxat clarè constat, te omnes artes
 & disciplinas amare, doctos fouere & promouere,
 uerum etiam in hac subtiliori philosophia plurimum
 delectari, alijsq; prodesse: Quod hercle pium studium
 & humanum, egregiè me incitauit, ut hos de Anato-
 mia libellos, contrahendi gratia tecum, uir generosif-
 sime, maiorem arctioremq; amicitiam, tibi dedica-
 rem. In quibus, Anatomiam duplicem auctor propo-
 nit, alteram rudem & facilem, quam localem appel-
 lat, alteram subtilem & aliquanto difficiliorem,
 quam Essatam uocat: quarum illa hactenus sola à do-
 ctis & indoctis celebrata & in usu habita est: hanc
 uerò longè præstantiorem aut prorsus intactam reli-
 querunt, aut ueritate coacti alia tractando ita obscure
 notarunt, ut nemo eam in rerum natura existere de-
 prehenderit. Illius quidem periti non carent sua lau-
 de, quòd discant & doceant partium corporis situm,
 ordinem, & cognationem in cadaueribus disseccandis,
 quibus cognitis, facilius iudicare possunt, quodnam
 membrum doleat, & quæ partes cognatæ afficiantur,
 attamen talis est. (quemadmodum testatur etiam An-
 dreas Vesalius) ut lanij atq; carnifices longè sint ma-
 gis in ea exercitati, quam pleriq; medici, & uulgus fa-
 cilè (modo aliquoties inspiciat resolutionem siue disse-
 ctionem

tionem partium)discere eam possit. Altera uerò non querit suam doctrinam ex mortuis, in quibus pleraq; principaliora situm uerum, & formam amittunt, sed uiuens, uiuis docet, quæ requirit ingenium, diligentiam & simul multarum rerum peritiam, causarum cognitioni coniunctam. Est enim omnium rerum naturalium, quatenus sympathia conueniunt & cohererent, ad suam communem naturam defendendam scientia, Quoniam nulla existit res in tota hac uniuer- sitate, quæ non cum alijs complurimis uinculo natura- li sit connexa, & alijs multis repugnet: siquidem om- nia Herculeo uinculo coherent: omniaq; uicissim Va- tiniano odio disiunguntur: quo euenit, ut similia simi- libus curentur, & contrariorum contraria sint reme- dia, quòd res concordæ & eodem iugo complicatæ, uires suas communicent, suis suppetias ferant, & uno studio eodemq; modo contraria arceant ac expellant. Est enim cognatarum rerum, maximis etiam interual- lis distantium, una eademq; naturalis forma, qua con- ueniunt, non aliter atq; diuersæ formæ in eodem com- muni genere, quod infinitis exemplis probare possu- mus, sed unum nobis sufficiet, declarandi gratia. Ut ce- rebri locus, situs, quantitas, externaq; forma cum membranis & neruis, per localem anatomiam haud magno labore inuestigare licet. Ceterum quæ extra minorem mundum siue hominem in amplissimo mun- do, unam eandemq; anatomiam naturalem subeant, nemo cognoscet, nisi omnium mundi partium, natura- le uinculum ipsi actioni coniungat: Nam cerebrum habet stellas, astra, certasq; cœli regiones, & partes si

bi cognata, quæ rectè si habent, & ipsum cerebrum si
mul & communi natura bene afficitur, Sin minus, &
cerebrum patitur, quod animaduertere quiuis potest,
in certis cerebri morbis, qui diuersis temporibus se-
uiunt: Deinde inter elementa unum esse coniunctum
cerebro, non solum cunctis constat, sed etiam partes
aeris, aquæ, & terræ miris modis ipsi conducere: Pro-
pterea aliquando homines misere afflictis malis cere-
bri, in alijs ac alijs locis cito curantur, & aquis in pri-
stinum restituuntur statum. Cernimus etiam flumina,
fontes & thermas aliquot, cerebro prodesse, Aliquot
uicissim nocere, propter unam & eandem aut dissimi-
lem naturam: Aliqui eleuantur omni languore unici
cognati auxilio, quod multis uidetur fieri miraculose.
Quis non miratur mummiam certasq; hominis par-
tes suis similibus adplicatas, adeo præsentia esse reme-
dia? Inter bruta diuersa cum sint genera, multæ species
communione cerebro utilia sunt, eiusq; naturam in
prima origine sortitæ. Complures quoq; brutorum
partes certissimo fœdere ipsi cerebro obligantur: Ne-
mo sanæ mentis etiam dubitat, quin arbores, frutices,
herbæ, eorumq; partes quamplurimæ reperiantur,
quæ cerebro auxiliares manus præstent. Veteres non
citra certam causam planetas coronarias habuere: Po-
stremo, metalla lapidesq; esse infinita numero, amica
cerebro, obsecro aliquantum uersatus in chymia quis
non uidet? cum multa cerebri figuram & formam in
externis referant, quæ omnia non solum rectè parata
& sumpta intrinsecè, cerebrum male infectum refi-
ciunt ac in priorem naturam reponunt, imo etiam so-

la appensione aut uapore curant. Hoc modo indoctis-
simi empirici, aliquando unius rei cognatione mira
prestant, sibiq; nomen & thesauros comparant: Qui
iterum turpissimè aberrant, quòd rei ueram anato-
miam ignorent, & cerebri quæ sunt, cordi admo-
ueant, stomacho, aut pulmone, aut cuiuis corporis par-
ti. Quemadmodum enim cerebrum nec in manibus
aut pedibus querit Localis Anatomicus, ita nec Essan-
tus capitalia cuiuis corporis parti administrat: Et u-
no ore quanuis sumantur medicamina etiam diuersis-
simi generis, tamen unumquodq; ad sibi similem ten-
dit partem: similia similibus congratulantur. Ita & li-
quor tuus probatissimus, naturaliter cerebri uentricu-
lis conuenit, qui eius præsentia propter communem
essentiam & amicitiam efficacem, dum periclitantur,
miris recreantur modis, qualis refectio non fit alijs re-
bus æquè calidis, siccis, humidis, tenuibus, aut etiam
crassis, uerum concorde natura solummodo: quia au-
xilio multorum aduersa pars longè facilius uincitur.
Ergo ut ipse Paracelsus inquit, Nemo debet iactitare
se Anatomicum esse, ubi cadauer aliquod, in quo nul-
lus uitæ spiritus existit, disseccare nouit: sed is potius,
qui callet uiuam rerum conuenientiam cum toto cor-
pore & eius partibus. Sunt enim aliqua, quæ omnes
præcipuas partes corroborant: in hac & tuam ampli-
tudinem uersatam, non tantum ex liquore antedicto
colligo, sed ex alijs quamplurimis, quæ ingenium ex-
coluit & experientia multa probauit: prudentes ac-
periti stupenda animaduerto posse ostendere, quòd ua-
rias hominum curas audiuerint & experti sint. Sic mi

lites præclara in castris ad finem deducunt, quæ nec medici nec Chyrurgi efficere possunt. Rustici in agris à brutis animalibus plura huius anatomie discunt obseruatione, qui optimè nouerunt, non quasuis terras proferre quasuis plantas. Hi causas cum ignorent, nec experientiam auxilio memorie in artem redigunt, pauca posteris relinquunt, licet semper uestigia adpareant. Tua autem clementia, si memoria repetat ea, quæ de tali anatomia uiderit, legerit, audiuerit, & in ea experta sit, procul dubio iudicabit hoc opusculum doctum, utile, & Theophrasto nostro in arte medica uniuersaq; philosophia peritissimo & doctissimo dignum, qui nonnulla quidem obscure tradit, quod nouas artes, nouis uocabulis doceat: quam obscuritatem ego certè aperto planoq; sermone conatus sum explicare & illustrare, sed authoris mentem ubiq; retinere uolui, & exēplari usus sum ualde intricato. Itaq; si ueritatis studiosi (quos iuuare cupimus ac in re etā uia deducere) aliqua repererint nō ita perspicua & manifesta, ut ipsi uelint, ne mihi uelut uertāt rogo. Maleuolis uerò, qui nil nisi sua probāt, cōsulo, ut omni philantia deposita, hanc anatomia diligēter considerent ac discāt, quo hominibus melius possint prodesse. Hoc cōsiliū bonū & ipsis utilissimum si aspernati fuerint, tua singularis mirādaq; authoritas, & magna potestas ueritati cōiuncta, istos coercebit. Faxit Deus Optimus Maximus, ut tua clementia & amplitudo diu nobis omnibus salua atq; incolumis uiuat. Vale. Ex editibus nostris & amicorum, Sole pertransiente. 15. gradum aquarij, Anno M. D. L. X. I.

Basilæ.

DE ANATOMIA LI.

BER THEOPHRASTI

Paracelsi.

NTEA quàm Pustularum, seu morbi Gallicici causa atque origo enumeretur, Anatomiae diligentē adhibuisse operam cōsentaneum est:

quando quidem quod nobis hoc loco scitu dignum est, oculis quoque percipi debeat, id quod in primis ad Chirurgiā adtinet: Nam hinc planē sequens prodit, quæ ad illarum respicit originem ratio. Extra enim primam materiā nihil nobis incumbit aliud, quàm quòd hæc sola indicat. quanquā autem à vera sua origine Anatomia eò relegata est, ut existimatum sit hæctenus, abunde, quæ ad hanc spectant, ex homine mortuo, seu cadauere potius percipi posse, id quod ego planē pro minimo, ac nihili æstimo: tametsi non desint, qui hoc ipsum adhuc magis ducāt, nec pauca inde colligere conent. Qua quidem ex re Medicina in Theoricam deducta, neque

sine magnis huc usque erroribus suffulta est. Quædam enim rationes id ipsum agnoscunt, nempe multo alia quam corpus mortuum esse anatomizanda: Nam hoc pacto, cum Anatomia instructum debeat efficere quemlibet Medicum, duplicem eam esse necessariū est, Localem alteram, alteram Essentialem. Cum itaque Localis vna esse debeat, qua ratione in cadauere deprehendi possit non video, nisi præcedente Anatomia exterioris cognitione, quam demum extincti corporis Anatomia sequi debet. Quod si quantulacunque saltem in nobis esset veræ artis Medicæ ratio, ipsi perfecto fateremini, nullam in eo neque naturam, neque essentiam reperiri vnquam posse, quemadmodum & vestrum nonnulli id quoque admirantur, quod corpus mortuum rationis loco proponi debeat, vnde aliquid sumatur, quod viuo proficuum futurum sit, non expedientes Essentiam, proprietatem ac virtutem omnem, quæ Anatomie præcipua sunt, desiderari in eo ac plane simul esse defuncta. Proinde vos admonitos velim, si tantisper vobis viui corporis conseruatio
cure

curæ est, eius in mortuo salutem nullo modo quæeratis. Altera verò, quæ Essentialis est, hæctenus quidem intacta permansit, præcipuum tamē, ac professionis Medicæ summam plenè intra se continet. Verum quemadmodum communis iam consuetudo est, vt quæ meliora sunt omittantur ac iaceant, deteriora vero magna industria obseruentur, sic etiam in hac torpor & ignauia præualuit. Optimum enim quodque à nobis negligitur, at reliquum magis arridet, ac procedit fortius, plusque apud vos sentitur, quàm icteritia fellina. Nam hinc omnium vestrorum tam profundus ac impeditus cum Theoricæ, tum Practicæ error, quasi per cuniculos quosdam in vniuersam irrepsit professionem.

CAPVT II.

PRincipio propter animi vestri caliginem, Localem quidem Anatomiam accipite in hunc modum, vt ex hac non nihil quod sequenti rationi conueniat, intelligatis. Quod quidem aduersum eos est, qui huic tantum student, & abundè sufficere arbitrantur,

scire quomodo pulmo aut epar pendeant, aut qua ratione etiam reliqua sita sint. Nam si in eiusmodi rebus Medica ratio uersaretur, fieri non posset, quin aliquid vobis hinc emolumentum contingeret. Atqui cum corpus quidem unum, viuum quoque est regione obseruari Anatomiam desideret, viua certe corpora atque huic quidem æquilibrio conuenientia, accipienda declarat. Quod si Anatomiam hinc inde probe contempleri, locum mihi detis necesse est, quo par pari comparem. habitus enim ac cuiusque membri substantia ei tantum signo conuenit, in quo minimum delitescit. Quocirca Anatomiam vos querere decet ultra eam quam cadauer prescribit. Neque hoc mihi vitio vertatur, quasi vero Diaphragma nesciam, aut vestris ad stipulari nugis cogar. Nam euidentis est ratio, quod multo plura ostendit vitæ Anatomia ad aliam vitam, quam si in defuncto inquirere velim id quod ad vitam adtineat. Quapropter in hoc potius Anatomia obseruanda est, quo pacto morbi in hac se spargant, quique loci aut regiones suis peculiaribus morbis

bis conueniant aut non. cuius quidem Anatomiae rationem si habueritis, gloriari haud immerito potestis, aliquo modo vos philosophiae dedisse nomina, probe nimirum & exacte indagando id, quod in primis Medicum refert, nec non & pomorum quoque contemplari generationem, quae in peculiaribus suis nascuntur locis, similiter & cupressi, atque ea in alijs locis. Nam qui hoc? an non ex Anatomia proficiscitur? Proinde obseruandum quo pacto se ita confluentia iungat, ut eius exactam cognoscatis & rationem & originem. Viuam igitur Anatomiam vobis proponite, non illam quae cum laruis est luctam, ex qua nihil penitus elicere potestis aliud, praeter id quod natura extrinsecus comprehendit. Quare hoc opus, hic labor est, ut maiorem isthuc iam, quam haecenus operam adhibeatis. Vbi enim primum in hoc erratum fuerit, actum erit plane, nisi forte praesens uobis ac propitius suppetias tulerit Mercurius. Ad hunc igitur modum Anatomia Microcosmi dinoscenda est una cum suis locis & regionibus in dictis morbis. Non quod

morbos locis accommodem, verum quo
& vobis officium sinam, & res clarius
appareat, eadem toties inculco, saltem
vt Anatomia quo pacto in flore suo ac
suis exaltationibus pergat, non omit-
tatur.

CAPVT III.

PRæterea verò & in specie Anato-
mia dinosci debet, veluti de auro,
quod Anatomiam suam exhibet,
hoc est, membro suo, in tot regiones, ni-
hilo tamen secius vniuersum in vno est
corpore, tametsi multis miliaribus à se
in vicem distet, ac longè lateque disper-
sum sit. Quemadmodū igitur aurum sic
sparsum iacet, membra tamen eius can-
dore diuisa, ita quoque Anatomia co-
gnoscenda venit. Sicut vnum corpus
est totus mundus, ita & morborum om-
nes homines vnum corpus sunt. Sed
quemadmodū diuisio extenditur, nem-
pe quod in vna quidem vena sæpenu-
mero aurum latet, vltra tamen hanc mi-
nime, eodem pacto & morbi sese ha-
bent. Veluti quoties homo, toties item
eiusdem venæ minera. Hinc impossibi-
le

le esse satis claret, vt vno eodemq; morbo vniuersi mortales laborent, non secus atq; impossibile est, omnia terrarū genera auri esse feracia. Eius rei hoc sit exemplum. Quotquot enim sunt loci ac regiones, in quibus se metalla produunt, idq; variē, quemadmodum omnes procreationes suum habent exitū, similiter & in homine occurrit. Sicut ergo nec bolus aut lephanteus auro potest esse conspersus, ita nec idem ille habitus in homine existens, Cardiacę obnoxius esse potest. Neq; hoc mihi malignē interpretandum, quod in Anatomia vos tam diu detineo. nam eō me vestra cogit ignorantia, ac immensæ veterum scriptorum nugæ. Quod si peculiariter de sola hac nobis esset (quemadmodum institueram) sermo, errores vestros clarius in medium producerē, ac planē vlcus uobis, vbi maximē dolet, aperirem. Cæterum hinc non alius tantopere colligēdus est fructus, quam vt aliquando tandem relicta hac mortua Anatomia consideretis, ac rem æqua, quod aiunt, lance perpendatis, q̄ false, quamq; ineptē hactenus scriptita

rint, quicunq; ad nostra vsque tempora de Anatomia sermonē texere sunt conati: qua quidem & vos & illi sic professionem conspurcastis medicam, vt tantum non in vniuersum extincta sit, tamen si nihil vobis restat amplius q̄ vt de Ferrariensium columnarum structura, deq; Perusinis tantisper histrionibus gloriemini. Verum huiusmodi prestigijs vti Gallos in primis iuuat, quibus perpetuus ac indefessus est ad fucū faciendum animus, quibusq; nos Germani, ceu Barbari, nummum, quod aiunt, contemplandum subinde ac non difficulter porrigimus, non considerantes quicquid cum laruis negotium habet, non aliud quam laruam esse. quocirca nō tam Medicina, quam nefandus quidam fucus ac impostura hæc est merito nuncupanda.

CAPVT IIII.

QVapropter non immerito eiuscemodi differentias Anatomiaē adscribendas censeo, sed & eandem Medicæ professionis basim existimo, quando quidem tam varia terrarū genera

genera sunt, quod nihil aliud ostendit, nisi tam varias esse hominū, quam terrarum diuisiones. ē diuerso quoq; quē admodum quæuis tellus peculiari quadam fertilitate pollet, & alia aliud producit: sic etiam ex hominibus quiuīs proprium suum ac peculiare morbum fert, id quod in hanc sententiā accipere debetis, quod eadē ratione corpus humanum in tam varias dispositū est naturas ac essentias. Vnde tam est impossibile ex aliquo corpore in quo eiusmodi natura fuerit profluuium procreari, quā lutum producere aurum posse. & quemadmodum vnicuiq; terre peculiare sunt destinati fructus, similiter & tam varia sunt in Microcosmo quoque corpora, tamque varij subinde producuntur morbi. Cæterum quicquid corpori æquale est, æquales item morbos exhibet, non aliter atq; æquale quidem solum, æqualia poma. Atque hæc quidem Anatomia est cui vos & fidem, & studium adhibere conueniens est, non solum considerantes quia hic pirus nascatur, alibi malus, ac rursus alio loco aut quercus aut fagus: verum potius

quo pacto confluētia huiusmodi quidem simul atq; vnā propagari permittat. Summum enim ac præcipuum hoc esse in Medico duco, vt confluentiā Anatomie probè intelligat, quo pacto loca & morbi inter se cōueniant, nō quia id citra exteriorē anatomiam fieri debeat, verum potius vt per eandē in confluentiā deducatur, cuius quidem rationem ac intellectum vbi habueritis, haud difficulter in vestram sententiam me cōmouebitis. Nam vt videtis quod quatuor sunt essentiaē quæ vnicuiq; se mini suum dant profectum, sic eadem ipsæ vniuersam Anatomiam conflent necesse est. Id qua ratione fiat consulta mini quæso. Enimvero quemadmodū extrinsecus sese fructus exhibent, eodē quoq; ordine ac norma vnumquēq; morbum peculiariter censeatis necesse est, nec vllam posthac mentionem faciatis vel corruptionis, vel putrefactionis, vel eiusmodi somniorum, quibus hactenus ita estis obruti, vt pessima quæque pro optimis nulla habita ratione delegeritis. Porro tametsi possit forte Anatomia diuisio contingere, vt altera in
Chirur.

Chirurgiam legetur, altera in ipsa permaneat Physica, rem tamen ipsam non vsque adeo ad vnguem ea diuisio attingere videtur. Anatomix siquidẽ Geometria intellectum alia ratione prebet. Sed & Iliadi habitus id ipsum aperit, praesertim cum vnum corpus existat.

CAPVT V.

Porro essentiarũ Anatomiam intelligere potissimum est, idq; tantum confluentix gratia. Quid enim ex omnibus, quæ ad medicum attinent, hunc confluentix intellectum æquipollet: cum praesertim citra anatomiam natura ferme protulerit nihil: hinc est quod omnia genera ac species separavit in semetipsa. Quonam igitur pacto mortuum cadauer secantes, extendentes, ac tam miserè laniantes, quicquam ex eo acquiretur, quod viuenti utile futurum sit: cum id quod hic captatis nusquam adsit amplius: Verumtamen quemadmodum decem sunt pomorum genera, decem item genera pitorum, idq; vniuersum sub vna solum Anatomia, similiter quoq; & totidem l

cteritiæ genera sunt, ac item paraly-
seos, & omnium præterea aliorum mor-
borum. Atq; eius generis morbos vnũ
& vos in vestra Anatomia reperitis? an
hac ratione (nisi fortè, quod conijcio,
vobis Gallis ita Germanos deludi, volu-
pe est) plures quærere languentes cona-
mini? quin potius id, quod dudum hinc
aufugit peruestigatis? quanquam &
hoc, & omnes alij morbi, sub una ea-
demq; consistunt anatomia. Hæc dun-
taxat aduersus quatuor humores dicta
sint, qui nullum neq; locum neq; ratio-
nem Anatomix pati queunt, neq; ulla
via quemadmodum feruntur ex his
morborum origines contingere pos-
sunt. Quis igitur tantisper de vestris hu-
moribus gloriamini? quid sic ampullas
& sesquipedalia verba subinde proijci-
tis? quandoquidem non aliter atq; po-
ma in suis locustis prodeant morbi, &
perinde vt illic, ita etiam in morborum
generatione aut sanguinem aut phleg-
ma considerare ridiculum est. Nam hoc
loco sinapium summam rei, & quic-
quid tandem hic scire conuenit, abun-
de proponit. Hoc itaq; si carueritis, quis
nam

nam à vobis tandem fatuum abiget, cum tam profunde radices egerit, vt e-
velli à quoquam vilo pacto nequeat, quin & hoc certum est, eum qui pomis suos dare & adimere nucleos potest, non minus & morbis quoq; non tamen consultis prius quatuor humoribus, dominari posse. Horum igitur ægritudinum ratio ex sola debet Anatomia ferre iudicium, non autem ex humoribus. Contemplemini quæso vos uel mespila poma: crescunt enim ea neque ex Colera, neq; ex melancholia, uerum potius ex confluentia Anatomia. Huc huc adhibete nares, & olfacite quidnam sit specificum, quod hunc fructum in radice adoriatur, idq; etiam his compare ægritudinibus. Nam eodem pacto & morbi nascuntur non secus, atq; ex tellure fructus. Quapropter corpus ipsum, omnium ægritudinum quasi fundus est: ex eo namque non aliter, quam ex terra fructus, procreantur. Cum igitur corporis fructus morbi sint, circumspicite vbinam inuestigari debeat Sinapium, quod pro Eruca hactenus, sed falso, accepistis. Verum quemadmodum

soletis utilissima queque spernere, ita etiam hac in re pristinam observastis consuetudinem.

CAPUT VI.

Cosmographiam vobis esse Anatomiam admittite, nec non Tropicum Cancrī, & Capricorni, Meridionalem lineam: similiter quo pacto quatuor matres in suapte sint Anatomia sitæ. Has enim si exactè cognoveritis, microcosmum in suo esse integrum habebitis. Contemplamini Anatomiam quàm dispositæ in ipsa cum manus, tum pedes constituti sint, quin etiam expendite quid in hac sint digiti, quid principaliora membra, atq; hæc similia, & tametsi non omnia confestim ad peragendum iter, vel etiam tactum composita sunt, nihilo tamen unius eius elementi membra sunt. Sicut enim manus ac pedes suis peculiarib. funguntur officijs, ita id ipsum & fructibus iungitur, quæq; eorum regiones sunt, eodem quoque pacto & in terra regiones percipiuntur. Aquæ porro Anatomia quæ tale corpus habeat vide, quemadmodum

modum enim eius membra sunt mineralia, sic quoque Thereniabin Chaos membrum est, galaxa verò spina ignis.

CAPVT VII.

PRincipio observa quod ex elemento aquæ procreantur gemmæ, hoc est, sui elementi membrum, metalla quoque, idque aliud est membrum, mineralia porro aliud membrum, demum & lapides, & hoc ipsum aliud membrum, &c. Sicut igitur ea membra in suis regionibus ab alijs differunt, ita etiam in homine se res habet, proinde totum mundum sui elementi corpus esse considera. Veruntamen ut se metallorum membrum spargit in suis nimirum regionibus dissectum, nonnunquam centum miliaria æs ab ære distans, interdum aliquot stadia saphyrus à saphyro situs, similiter sulphur à sulphure, marmor à marmore longe lateque dissitus, nihilo tamen se cius unumquodque hoc unum est membrum. Eodem modo & in corpore observanda sunt eiusmodi loca, nempe quemadmodum mineralium, fructuum, vel impressionum loca inter se confluunt,

simili pacto & in corpore eius generis
 loca nonnullis ægritudinibus destina-
 ta sunt. Vt omnes quidem homines si-
 militer vnum corpus sunt, inter hos ta-
 men multæ ac variæ regiones existunt.
 In alia quidem regione hydrops cadit,
 quæ est impressio ignita, in nonnullis
 hominib. Cardiaca prodit, hoc est man-
 na Chaos, in alijs erumpit febris, & est
 impressio terræ. Similiter quoque Ana-
 tomia cuiusuis hominis potissimū per
 se in eiusmodi regionibus sic se habet,
 quemadmodū regionum aliquot cen-
 turia sunt, in quibus mineralia latitant,
 ita & in corpore aliquot centū partes
 existunt, in quibus vlcera corrosiua ia-
 cent. Et quemadmodum nec extra illas
 regiones prædictæ mineræ, ita neq; vl-
 tra has partes corrosiua vlcera vsquam
 amplius reperiuntur. Nam vt hac in par-
 te Bolus siue lutum corpus est, in quo
 nullum minerale locum habet, simili
 quoq; pacto & principaliora membra
 in seipsis tale quid minime pa-
 tiuntur.

CAPVT VIII.

QUum autem Medicinæ ad amu-
 sim iuxta Anatomiaë rationem
 expertum esse cõueniat aliquẽ,
 quid tandẽ eximij fructus cadauer vo-
 bis in vestris gymnasijs, quidue sele-
 ctioris iudicij daturus sit: & tamen ob
 id tam male in me affecti estis, quòd vi-
 uam Anatomiam tantisper comen-
 do, id quod à me dictis rationibus non
 immerito fit, quare corrosiua in princi-
 palioribus membris non perinde atq;
 in exteriorib. partibus exulcerẽt. Hoc
 ipsum si, vt vos arbitramini, ex solo lo-
 co capere possẽm, haud iniuria gloria-
 remini, vagabundum me ac erronem
 nuncupantes, meamq; experientiam si-
 nistrẽ, vt omnia interpretantes, cui ta-
 men in hoc potissimum hæctenus incu-
 bui, ne philosophia in vniuersum desti-
 tuerer, & mundana Anatomia clarior
 aliquanto, magisq; perspicua reddere-
 tur. Possum quoq; haud immerito huc
 uos in hunc nostrum ordinem vocare,
 vt à fundo vsq; altius quàm sunt vlli pu-
 tei cognitionem habeatis, possitisque

vnumquodq; lutum ab alio probe discernere, quamlibet item tellurē ab alia, quæ videlicet mineraliū magis compos sit quam alia, quæue sit ea tellus in qua cedrus locum habeat, & alio in loco pinus, aut vbinam ex elemēto aquæ Adamas producat, vel vbi se laspis exaltet. Hanc Cosmographiam si non secundum literam solum, verum iuxta lineas naturæ apprime cognoueritis, qui dicere queam non esse vos Medicos, quo tamen nomine vos hætenus indignos censui. In hanc autem nassam me haud vnquam pellicietis, vt aliam credam esse in phisico corpore Anatomiam loco eius quæ mundana est, aut non posse comparari impressiones ægritudinibus. & quemadmodum hætenus non permisistis in expostulatā membrorum chaos fixationem, ita nec hunc mihi fomitem vnquam extinguetis. Quòd si vero nullam apud vos spē habuero reliquā, qua pedibus in meā sitis ituri sententiā, in causa est q vos intus & incute obsidet neq; facitq; vt prinde animo sitis affecti, ac mēdicus aliquis, cui valetudo p̄superior odiosa est.

CAPVT IX.

Quemadmodū localem prius Anatomiam posui, vt in hanc sententiam intelligas, quod ad ægritudinum loca adtineat, quænam in vno morbo consonent membra, veluti quæ in pruritu patiantur, quæ in alopecia, quæ in hydropisii, quæ in Asclite. Similiter etiam quæ vermes & Ascari-des foueant. Item quæ loca vitæ, quæ sint mortis, quibus in locis Mummia delitescat, in quibus Caducus lateat, vbi binam paralytis gubernet, vbi lethargicus morbus, ac reliqui deniq; omnes. Quod quidem vniuersum iccirco indicatum volui, vt hoc pacto localem Anatomiam intelligatis: quemadmodū aurū in sua delitescere minera scitis, ita è regione calybis quoque ac ferri inter se differentiã probe dinoscatis, & quoniam corpore Rubinū floreat, aut quo se Berillus abscondat, quoque pacto karabe & coralli exoriantur, quemadmodum sua vbiq; corpora non indifferenter habeant. & in hanc sententiam con

clusum volo: quot, quamq̄ varia sunt ægritudines, totidem quoque esse corpora & loca, sicuti externæ quoq̄ Anatomia vniciuique procreato suum corpus, idque proprium ac peculiare conerunt. vt enim Duelech argentum nõ pducit, ita nec hydropisim epar. Quocirca mortuum cadauer haud iniuria reñci, sperniq̄ potest, ceu ad hanc rationem capeffendam minime idoneum, quandoquidem cognitio ista non ex phisico corpore proficiscit̄, verum potius ab externo, eius quod intrinsecum est, corporis, agnitionem capias necessum est.

CAPVT X.

CAeterum & de Effata quidem Anatomia nonnihil dicendum est: quod cur fiat, hæc est qua mouemur ratio; quod multa subinde in subiecto inquirere conamini. An hæctenus non tantulum in vobis habuistis iudicij, quod nullum vnquam in Vita subiectum fuit? Quid nam in eo quæritis, cum sciatis mai⁹ aliquod esse à quo subiectum

iectum pati oporteat: respicite quæso
terram, ea pino velit nolit suum exitum
admittere cogitur. Quid igitur Epar
tandem prohibere possit? An quic-
quam iudicij uestra habet medendira-
tio, cum subiectum perinde ac mor-
bum contempleri, putetisq; cogni-
to subiecto rem (si dijs placet) optime
gestam: iam opinor rationem scitis. An
non vos pudet tam crassa Minerua præ-
ditos, quòd subiectum pro materia &
causa morbi accipitis? Nunquam ne
vobis suboluit, an præ vini copia subo-
lere non poterat, quòd vnumquodq; su-
biectum accidenti sit obnoxium? id si
vobis admittatur, quid quæso in subie-
cto amplius manet, quando adhuc acci-
dēs superest: hæc ob id dico, quia quod
quodlibet accidens Essata Anatomia
existit, quamuis licet in subiecto cir-
cum vultemini, id quod vestris præ-
ceptoribus acceptum feratis, cum nec
ipsi à vobismet melius quid reperire
possitis, illorum tantum verbis addicti.
Hoc igitur ita se habente, quod subie-
ctum operiri accidens oportet, quo se
vestræ quadripartitiones conferent

quorū vestra colera: quorū vestri humores: quorū qualitates: quorū etiam sex res naturales, & totidem innaturales: Hæcine Medicæ professionis ratio esse debet: Quo circa mirari desino tantam ubiq; tam in ædibus, quàm in plateis languentium phalangem, ac infinitam multitudinem.

CAPVT XI.

Quomodo dicere audetis, humores, complexionēs, qualitates &c. quocunq; pacto esse considerandas, quando ad nullum morbum id attineat: Nec mihi vnquam persuasum erit, sufficere, signis hic aduersum me agi, quibus tamen vos estis hæcenus innixi. Respondebitis enim, ac mihi tandem admittetis Theoriam vestram, ac difficiles illas vestri fundamenti subtilitates, præter subiectum nihil esse aliud. Vbi igitur permanebit effata Anatomia, vnde morbus exoritur: Negotiū profecto vobis non paruum incumbit cum omnibus vestris codicibus, quibus tantisper confiditis, vt cuius Microcosmum

cosmum insimulatis, re ipsa sic habere
conuincatis. quî tamen hoc? Nam co-
dices vestros & autores, vobis vestris
vxoribus ac liberis, popinæ ac cellario
utiliores esse, quàm vel me, vel mea scri-
pta, lubens concedo. Verum hinc vel
vobis honoris aliquid, vel male affectis
corporibus nonnihil commodi profi-
cisci, in vniuersum nego. Summatim au-
tem ac cõclusiue rem expediendo, se-
mel dico, præter mera mendacia nihil
esse aliud, nec vili sinceræ Medicinæ
veritati villo modo finitima, quæcunq;
vobis hætenus tantopere arriserunt,
huic nostræ rationi contraria. Tametsi
vos, modo corpori ac culinæ prouisum
sit, quo pacto & animæ consulatur non
multum torquemini. Præcipuum autē,
quod me de vobis Experimentatori-
bus male habet, est, quod sic vno eo-
demque ephippio (quod aiunt) ad om-
nes vtamini equos. Quòd si alicui Fran-
co equiti vsuueniret, vocaretur planè
insulsus, ac suæ artis parum expertus.
Atqui vos Pileones (sic enim vocare
vos libet, cū rubris tantisper pileis glo-
riemini) multo estis insulfiores magis

que incepti, ubi semel prospere res cesserit, ubique sic procedendum citra omnem rationē arbitramini. id verò quàm ridiculum?

CAPVT XII.

Verum quo tandem essata Anatomia aggrediamur, hoc summū ac præcipuum rei argumetum est, quod corpus phisicum nullo modo cōsiderari oportet ad morbi originē, nec in subiecto quicquam agi, neque in eo morbum inquiri. Sed perinde est vt de pomo, quod vndenam crescat, promitte quæso si quid habetis. Num ex terra dicitis? erratis. primum est enim subiectum. an ex ligno? neque hoc verisimile: nam rei subiectū est. Non aliter profecto hac de re loquimini, quàm si caput per fenestram protendente aliquo, dicat quis ex domo eū vel fenestrā nasci. An quia gallinæ pullus ex testa caput rostello erūpat, ex ovo procreari eum confestim dicetis? tota certe, quod dicitur, via, totoq; cœlo erratis. quanquam rudiores, & qui parum rem
intelli-

intelligunt, astipulatores vobis non dubito. Verum vos egregij Domini Doctores, omnia & credere & agere vobis probe licere putatis. Neque Aristoteles quidem mecum sentit, neq; hi mihi hi credunt, aut vnquam credituri sunt, qui me toties deceperunt, quiue id adhuc conantur, quiq; suæ tantum rei student. Sed ij duntaxat fidẽ mihi habent, a quibus vtraq; Anatomia dinoscitur plus quidem eruditionis in vestris esse bibliothecis existimassem, quã vt idiotas demum vestræ causæ testes adducere cogere mini: si quis ex specu aliquo prodeat, inde eum statim procreatum persuadeatis.

CAPVT XIII.

Dicite obsecro, Vnde nam vrina prouenit: vnde stercus: vtrum ab epate vrinam produci ais: quo pacto sic esse probabis: an ex renibus: Tum enim profecto me admones militis cuiuspiam ex Mantua Neapolim proficiscentis, dicentisq; se venire a Capua. Cæterum de stercore, vtrum ip.

sum ex stomacho venire dicis? quo ergo tandem pacto habet stomachus, aut quale nam est vas illud, in quo tantum subinde est stercoris? Vtrum ex intestinis? hæc esse eius hospicium nequeunt, vt ne dicam interim huiuscemodi generationem Anatomia effata conuenire, non cosmographia. Neq; vero miror, quandoquidem dicitis puerum in matrice nasci, nec aliam habere causam, quam vt per vuluam egrediatur, tam in sulsa vos in medium argumenta producere. Quî tandem de plasmate isto vobis videtur? Vtrum ex subiecto profici scitur, an ex Effato? aut quonam pacto in matrice nascitur? An hætenus nunquam animo voluistis, quod quicquid ingreditur, suum quoq; habere exitum oporteat? Sic igitur poma nascuntur, sicq; nascuntur & morbi. Dispicite ergo qui morborum sit parens, nempe Anatomia effata.

CAPVT. XIII.

VT aut sciatis vnde nā Vrīna & ster-
cus proueniant, ex patina nempe
ac poculis. Vnde autem puer, ex
oseis. Vnde vero poma, ex centro semī-
nis. Hæ res omnes sunt inuisibiles, so-
lum enim corpus subiectum est. Itaq;
consultemini, quīnam pomum in arbo-
ris truncum ac ramos perueniat: quīue
arbor ex terra prodeat: & quo pacto in
matricē puer? Quādo sic premāsum vo-
bis in os inferatur, nullis planē dētib. o-
pus habebitis. Nisi enim per os ingre-
diatur, vnde quæso aut vrīnā accipias,
aut sterCUS? quidnam igitur tibi, cum
subiecto negocij est, cum tam nullam
prorsus habeas Essati noticiam? Id v-
num à vobis scire percupio, vnde nam
est in vesica lapis? An ex loco cui inest
eum prouenire dicitis? tū corpus iam
quidem mortuum, quod in vita satis fir-
mum efficere non poterat, in tumulto
planē perficiet. Vnde nam tartarus pro-
uenit? Vnde arena? Vtrum à renibus,

aut regionibus suis: quinam hoc accidit: edocete quæso. Aut si hoc nō vultis, vel à me edoceri non pudeat, quod nisi per os ingrediantur, aut inde mineralia separētur, nunquam fore vt vel tartarus nascatur, vel lapis, vel arena.

An nō miramini quur eiusmodi vobis argumenta proponam: adigunt me huc tam immēsa vestra mēdacia, quod adeo obliuiscimini, quænam corpora mineralia in cibo delitescant, multoq; minus animaduertitis, quo pacto separationes tartari in Microcosmo contingant. Nunquid igitur tales vos Doctores estis?

CAPVT XV.

AT qui vt tandem rem expediā ac summatim dicā, Omnes sanè morbi à peregrino veniunt in subiectum. ex quo sequit̃, quot poma, quot nuces, quotque fructus aliij, totidem etiam esse morbos. Et non pudet vos interim ea in quatuor secare partes, scilicet: Hoc melancholia est, hoc colera, &c. Considerate elementum ignis, ex quo

quo tam nix quàm calor prouenit, tam frigus quàm calor. Similiter etiã quotquot eiusmodi accidentia sunt ignitarum impressionum, totidem sunt etiam ægritudines in Microcosmo, & quotquot mineralia, totidem etiam morbi, quotq; theriacibin, tot itidem & morbi. Quid igitur vos de humoribus, putrefactionibus, corruptionibusq; philosophamini? nunquid satellites estis, qui ad hunc modum corrumpitis? Quando morbos tã studiose indagare curiositas est, edocete me quæso, vndenam Saurina nascatur. Nunquid ex colera dicitis? tum certe Tellurem afficitis iniuria. Si enim omnes quatuor ex terra nasci affirmatis posse, tum & uosmetipsos ac vestros languentes decipitis. Vt taceam, quod mihi fortè obijcere poteratis, quis Calcedonio suos tribuat colores? Vtrum melancholia, an sanguis? Quis Melissæ suas virtutes? num flegma? nequaquam. Quod si forte dicitis, quid hæc ad humores? Respōdeo, non minus vos vel illud latere, quàm morborum quorumcunq; originem. Nam in vtrisque idem est intellectus,

Sed quia nec extrinsecum quidem cognoscitis, quisnam illô vnumquodque disposuerit, qualecunq; tandem vobis vestræ ignorantix operculum phantasia suppeditat, ex quatuor videlicet humoribus. Hem vos, quàm estis scilicet probè instructi:

CAPVT XVI.

NVnquam ne intellexistis, quur Astronomus astrum declaret, quum de natura planetarũ loquitur, & ascendētium, deq; coniunctionibus, cometis, & his similibus? An existimatis de corpore eum loqui, hoc est, de eo quod nomenclaturam habet? nequaquam hoc: proponit enim sibi suum Essatum, veluti de Sole, cuius pulchritudo calorem non dat, neq; lunæ rubedo eandem tribuit naturam, perinde atq; flava Cæsaries, aut citrina, nullum corpori calorem, aut emolumentum adiicit, ita etiam hoc Essatum iuuat. Quod si corpus assumerent, vbi nam permaneret earundem natura? Naturam itaq; assumunt, & corpus missum faciunt. Quũ
uos

vos igitur in Microcosmo aliter agendum ducitis, quàm eiusmodi processus indicat, in omni vestro conatu errore uos circumduci (id quod certe fit) necesse est. Contemplemini hominem qui uiuit, an ipsum caro foueat, aut ipse carnem. Vtrum vita & corpus vnum sunt, an duo? quodnam igitur illorum sustentat alterum? An non hoc verum est? id quod amittimus, nec vnquam ampliùs visuri sumus, hoc ipsum est, quo de loquimur. Alterum enim quod manus attrectant, quidnã habet, quod medico proficuum futurum sit? quemadmodum quum Antrax nascitur, quid eum perficit? nũ sanguis & caro? quonam igitur pacto in Antracẽ ingrediuntur? ædite obsecro. Vbinam suũ est tempus? vnde eius proficiscuntur signa? Si autem neglecto corpore diceretis, prouenire eum ex spiritibus vitæ, tum desumum rem acu tangeretis. Verum huius rei vniuersæ summa hæc est, quod ex morte id agnoscimus, in hanc sententiam, quia hoc quod nobis effugit, utrãque & prosperam & aduersam præstat valetudinem. Proinde non est quod mi

o

reinini, cur in cœlo Cancer sit, quot ue-
 præditus pedibus, nec qui in cœlo est
 caper, viridibus ne sit cornib. insignis,
 an lazurijs. quin potius vitam eorum ex-
 pendite, quæ formas illas excellit om-
 nes. Hinc enim & sanitas proficiscitur,
 & infirmitas. Quod si verò quoquã pa-
 cto bonos vos esse medicos nauaretis
 operam, id quod tamen vestra scripta,
 ac receptorũ descriptiones minimè de-
 clarant, tum hæc differentias etiam in
 simplicibus obseruaretis, ita vt relinque-
 retur corpus, solamq; eximeretis virtu-
 tem. Nam vtrinque tam in Microcosmo,
 quàm in professione Medica, vtrinque
 corpus nullius est vsus, verum potius vi-
 ta in vita. Atque hæc est Anatomia, qua
 de in præsentia nobis sermo est.

CAPVT XVII.

Sed quid hoc sibi vult, quod Iuristas,
 Theologos, Artistas, Sophistas, et e-
 ius farinæ homines in me irritare cõ-
 tenditis? quid enim mihi cum illis, aut il-
 lis mecum negocij est? Quod si mihi, vt
 Medico, essent similes; sat profecto à
 me

me responsionis, quòd suffecturum eis
esset, acciperent. tamesi fateor, omnes
professiones innatam quandam habe-
re in se ad artem Medicam industriam,
non tamen alia ratione, quàm nonnul-
lis vetulis inhæret. alius enim perlegit,
alius auscultat, & quo quisque studio
ducitur, eo & hanc fingi debere exi-
stimat. Verum vos ipsi circumspicite,
quo pacto clauam mihi hanc è mani-
bus extorqueatis. Neque enim me ter-
rebitis, quia peregrinis quibusdam uo-
cibus utar, ex quibus tamen plus ho-
noris, quàm ignominia adepturum me
non diffido. non enim aliam ob cau-
sam peregrinae vobis sunt, quàm quia
nunquam cœlum mutastis, domi per-
petuo instar testudinis desidentes, si
quid à quottidiano vsu paulisper discre-
pet, aut præter consueta singulis septi-
manis emporia contingat, extemplo
neque hircos nec capras inter se dino-
scitis. Quin semel nundinas accedi-
tis Francofordianas, ac cathedram a-
pud Moscouitas inspicitis, quidue to-
to penitus orbe remoti agant maris in-
colæ. Tum enim vestrum prouerbium

facile vobis excidet, quo subinde uti
mini: Ego nescio: non est in usu: ego
nunquam audiui, neque legi. Hæc e-
nim omnia vbi primū peragrati & ex-
perti fueritis quàm à Galeno seducti
hactenus ac perditis sitis, facile animad-
uertetis, nec tamē iccirco magis, quàm
vetulus aliquis canis lori impatiens, ad
meliorem frugem reducemini. Tan-
tum adimi, in erroribus adulescere, di-
spendium est. Nam vt meliorem à me
instructionem, non dico postuletis, ve-
rum expectetis tantum, pudor prohi-
bet: ac ridiculum planē foret, nec præ-
ter ignominiam, si vestrum à Vienna
sceptum, nec non tam pulchrè dispo-
situm Montis pessulani ordinem sic ne-
gligatis. Meum autem consilium per-
petuo fuit, neglectus & nominis, & cō-
lorum, idquē quo minor esset dece-
ptio. Tametsi probè scio, vos à vestris
ægrotis liberalius ac longè melius mu-
nerari, quàm à vobis ipsos. Hinc enim
facile conijcio rem vestram ob id so-
lum institutam. Proinde cum tantif-
per vester animus respiciat eò, ad æs
nimirum ac crumenam, non hinc pla-
ne

nē retrahere vos consilium est, quandoquidem fateor, non parum vobis inde frugis acquiri, nempe ex apparatu illo ædium, vestimentorum, aulaorum tam ambitioso, pulpitis ita omni codicum genere refertis, ac lingua denique tam feliciter eloquente.

Veruntamen hinc accidit, vt minus mirer, lenones, carnifices, profugos, ac omnium rerum deploratos apostatas, aduocatos, & quicquid tandem eius est generis, quod præ segnicie victum ultra quærere nequit, in vestrum se conferre sodalicium, quum vtrorumque ratio, tam vestra quàm illorum, ita pulchrè conueniat, vt fermè sit eadem.

Eloquar hoc ingenuè, magis ex republica fore, medicos huiusmodi è medio tolli, quàm sic impunè ferre, cum conseruato vno atque altero, sexcentos ex diuerso perdant. Quàm prosperè eius farinae fex commista est, vt Arabes, Græci, Chaldæi ac Latini quoque tam pulchrè conueniant. ò quæ aures mihi tinnient, simulac hæc mea scripta pellecturi sunt. Poteratis vel purpuram potius, quàm eiusmodi

viles contexisse pannos, ac ita centones ostentare, tametsi ne sic quidem alicuius momenti futuri.

FINIS.

INDEX

INDEX SVMMARI-
RIVS SEPTIM LI-
BRORVM DE GRADI-

*bus &c. ex quo idea generalis huius uoluminis
percipi potest.*

LIBRI PRIMI CAPITA.

D Vas tantum esse complexionem calidam & frigidam	1
Error quatuor <i>αυζυγιῶν</i> unde	2
Quæ requirantur ad perfectam cognitionem doctrinæ de Gradibus	3
Quæ primi 2. 3 & 4 gradus sint	4
Subdiuisio graduum per puncta	5
Cognitio gradus calidorum	6
Frigidorum	7
Caliditatis & frigiditatis cognitio ex colore	8
Ex alijs adhærentibus	9
De rebus quæ simul calidæ & frigidæ sunt.	10

Libri secundi capita.

De accidenti innato & elementalī	1
Separatio horum	2
Quomodo fiat reholleum & cherio rei	3
De ægritudinibus reholleaceis & cherioneis	4
Quare res calidæ & frigidæ non videantur sæ- pe esse quod sunt	5

I N D E X.

De natura rerum reholleacea & cherionia	6
Tabula graduum inanimatorum calidorum	7
Frigidorum	8
Sensitiuorum cal. & frig. tabula	9
De ijs quæ gradum mutant.	10

Libri tertij capita.

Descriptio quintæ essentiæ	1
Gradus essentiæ quales	2
Reprehensio aliorum, & quomodo curet quintum esse	3
Tabula graduum valetudinis in rebus	4
De falsa ratione purgandi	5
De gradibus laxatiuorum	6
Tabula graduum in laxatiuis	7
Tabula graduum rerum incarnantium & consolidantium	8
De gradibus rerum venenatarum	9
Tabula graduum in spagyricis.	10

Libri quarti capita.

Septem esse genera morborum, sic & calorum & frigiditatum	1
Congruentia herbarum, planetarum & membrorum	2
Cognitio congruentiæ rerum planetarum, & membrorum	3
Cognitio eiusdem ex transmutationibus activis rerum	4
Dispositio tabularis rerum terrearum iuxta congruentiam prædictam	5
Aerearum	

I N D E X.

Aerearum 6 aquearum 7 ignearum. 8

De compositione receptorum.

De quadruplicibus receptis 9

Regula generalis receptorum, de præcipuis generibus sumendorum 10

De pondere sumendorum. 11

Libri quinti capita.

De gradu morbi, pondere, dosi, & opportunitate medici 1

Compositio laxatiuorum 2

Exempla laxatiuorum vomitiuorum 3

De curatiuis 4

Exemplum de caduco, paralyfi, contractura & de experientia consulenda 5

Compositio incarnatiuorum 6

De receptis contra apostemata 7

Contra æstiomena. 8

Libri sexti capita.

De dosibus receptorum.

Quæ in dosi consideranda 1

De punctis morbi & medicinæ in dosi respiciendis 2

Vnde puncta cognoscantur 3

Dosis putrefactorum & superfluum, & de laxatione 4

Dosis cheroniorum & relollinorum 5

Dosis arcanorum, & de veneno adiuncto retundendo 6

De triplici dosi spagyricorum 7

I N D E X.

De dosi fixorum, calcinatorum, oleorum, aquarum &c. 8

Quomodo fiat verus medicus. 9

Libri septimi capita.

De arcano vniuersali, contra omnes species alicuius morbi 1

Ex quibus constituendum sit 2

Quare non semper iuuent quę sepe iuuant, de quę duplici medico 3

Consolidatiuum vniuersale faciendum, sic laxatiuum, & quidem ex simplicibus præstantioribus 4

Purgatio quid debeat spectare, & dispersas virtutes componendas 5

Compositum ex quatuor compositis generalibus faciendum 6

Quomodo naturę gratum fiat remedium. 7

De vniuersali consolidatiuo tartaro, cheiri & de suis magnalibus 8

Quando mercurius, quando sal, quando sulphur simplicium accipiatur, de obscuritate doctrinę, & insectatione aduersariorum. 9

ERRATA NOTABILIA.

b tertio facie *b* lege Misneris

pagina 5 Hac .n. sola

27 adde post 7 uersum (Caput nonum)

51 renum

56 roris

62 pondere

68 physicam

76 dosium

82 dosin

91 liastes

125 purgaret

131 calx

133 libri quinti

ibid. drikæerner

152 uobis

154 uiuum

174 inepti

VOCABVLA NOVA
 PARTIM IN MARGINE
partim in scholijs explicata.

Iliaſtes Archeus	pag.18.91.115
Ares. 3.15.18	Matrix rerum. 115
Cherio	18.115
Relollium & eius ſpecies	115. item.15
Ilech	115.132.129.122
Anthos	5.107.119
Lapis phyſicus, aurum potabile, tinctu ra, elixir	fol.119
Thereniabin	122.130
Ideſtrum, talk atramentum prope colo, nebulgea, calena, realgar, electua- rium, rob, lapis lazuli, gluten, balsa- mus, refina	fol.122
Spagyruſ	123.128
Magale	126
Brasſatella	128
Tyrus	128
Cichorea	129
Nuba, zibetta	130.132
Lunaria vel cerebella	131
Vſnea, tubcheleph, ſcirona, hallereon	
132	
Arles	26.133.48
	Oleum

Oleum cum corpore, rubedo de nigro, ametistes, marcasita, harmel	133
Laruscus	135
Guaiacum lignum, consolida regis,	136
Alcali de absynthio, boxus, viscus	137
Syphita	136.86
Aeschpharam	5
Flos cheiri	6
Rabebeia	9
Quinta essentia	33
Phoenix	33
Gelutta	35
Locusta	40. 68
Nostoch, arcanum, citrineus	58
Narcotica	60
Ciclamen	67
Resibola	68
Nectar	69
Estiomena	74
Aniadus	76
spermiola	77
Viscaleus	86
Ephilatera, Karena	88
Toruscula pini, Lera	90
Masorea	69
Taphneus	91
Ceruicola,	97

L I T E R Æ N V M E R A.
L E S S E Q V E N T I S D I-
stichi ostendunt annum quo pri-
mum scriptus est liber
iste.

*Hanc apothecam quo fecit Theophrastus
in anno.*

Per literas Latias versibus hisce
patet.

M. G. V. M. M.
faciebat.

BASILEÆ,

PER PETRVM PERNAM,

1568.

THE
PUBLISHED BY
D. A. SMITH & CO.
1864.

